



Zur  
Gräfl.vom Hagen'schen  
Majorats - Bibliothek



MÖCKERN

gehörig.


N<sup>o</sup> 2328

rubl.

an 7a 2400.

— 00  
000  
000







L43,



JACOBI FABRICI  
*Poëta coronati*

PERICVLVM

MELICVM,

SEV

IVVENILIVM

FOETVRÆ PRIORES,

ad

Heroa generosiss.

D N.

CYNRADVM à BOTHMER

*Reverendiss. Canobij Lüneburg: ad B.*

*Michaëlem Abbatem, &c.*

✠



HALÆ SAXONVM

PRÆLOGRÆBERIANO,

sumtibus Editoris.

---

∞ b C.



Viro generosiss.

Dn.

**CVNRADO à BOTHMER,**

Equiti Saxoni,

Domûs Lunæburg. Domino,  
Reverendiss. ibidèm Cœnobij

B. Michaeli Sacri

**ABBATI DIGNISS.&c.**

Nobilitatis eruditæ apici,

Literarum & Literatorum

Meccœnati unitèr uni,

Domino meo clementiss.

Ingenioli primitias,

grati animi memoriam,

perpetui debiti syngrapham,

L. M. Q.

submissè obfero

**JACOBVS FABRICIVS**

**ROSTOCHIANVS.**

**HEROS**



HEROS GENEROSISS.  
ABBAS REVERENDISS.



*N* juvenilium meorum  
pars prior R. D. tua sacra publi-  
co datur. Hanc innubî fove ani-  
mô, & ab clamularijs sciolorum  
optuma quâq; suggillantium vindica calus  
mâijs. Δωγοῦ habes ex hile, ac ut τοικτῶν (S.  
Erasmio ad stipulamur) ἄδωγοῦ. Verum & te-  
nuib; nonnumquam quid gratiæ inesse credi-  
tur. Magnos magna decent. Nos pro nostris  
opibus mœnia condimus. Talis autem ubi pla-  
ceo, unitèr mihi gratulor. Sin secus, nec mi-  
ror. Non etenim omnes MAIORVM GEN-  
TIVM esse Poëtæ quimus. Immo nec unî simul  
Patrima arcâ occlusa obferentur. Disparè  
mente ac semente anterior etiam VATEIS fo-  
vit ætas. Idem qui incurrere faciat nullus hæ-  
reo. Præstat germanæ & sincerioris Poëtices  
AMANTES haberi, quam trivialibus versi-  
legulis, quos dextrè Scaliger Poëseos febreis,  
aurumq; carnificeis indigetabat, & angitwæ ad  
† a jugari.



# PRÆSCRIBITIO.

jugari. Illud dum inde pisci laboro, ecce  
 sequentia, quibus à dentatorum monstrorum  
 sinistris rofionibus immunitatē non spondeo,  
 superanda veniant. Ac primò quidem STI-  
 LVS flagellabitur. Hunc Latio accommodum  
 reor. Exindē quia eundem derivavi. Varro,  
 Cato, Plautus, Terentius, prisci Latī primo-  
 res jampridem hujusmodi loquuti sunt ore.  
 His solis lito. Hos solos imitor. Numquam  
 mehercles ALicui indultum autumabo, vetu-  
 sti saporis loquellam in desuetudinem, panē ex-  
 sulium detrudere. Nihilosecius sincerē AV-  
 GVSTO vernante augustum seculum suspicio.  
 Atqui tamen, ut vetus Comicus, vetere uten-  
 tem meracō sapientem pronūtiat, ita & sa-  
 piens modernō tempore audit, veterū SCRI-  
 BTA incluta terens. Sapientia siquidem an-  
 tiqua antiquis tecta latet voluminibꝫ. Quin  
 imò dum TVLLI coetanei Latini vocantur, no-  
 minatim ante exhibiti Latiniore concedun-  
 tur. Ex his namqꝫ illi suum, quò usi, depromse-  
 runt sermonem. OS cludo, ne solem medidia-  
 num



# PRÆSCRIBITIO.

anum fumosa face, aut laternulâ inlustrare vis  
 deat. Et subsequens *Ætas*, quâ *Seneca*, *Plin.*  
*Sec. Corn. Tac. Apulejus*, *Sidonius*, & id ge-  
 nus alij vixerunt, intellexit, distat quantum  
 ara lupinis. Hi antequam postliminio quasi res  
 ducere, quàm intermedium sectari, magis  
 proficuum rati sunt seculum. Dictos ad vivum  
 reserant *NATURAE Miracula*, *SCALIGER*  
*RI*, *LIPSIVS*. Iuxta quos *Antiquitatis ani-*  
*ma*. *Peithus* q̃ medulla, *DOVZA* cum *GRY-*  
*TERO* & *MELISSO* sessitant. Hijs reliqua  
*Belgi* socio lumina. Quorum vestigijs dum  
 insistere paro (quàm faustiter iudicium esto  
 τὸν δεξιόφωρον καὶ μὴ τῶν κακονόωντων) offendo  
 nonnumquam intempestiva *GRAMMATICORVM*  
*παράγωγατα*. Quis & hanc im-  
 merito minis obsequor. Catullum ejusq̃ soci-  
 enos quàm in parâ auctoreis amplexer. In in-  
 cisione semiquinariâ collisionem seu elisionem  
 prohibent. Ego hanc raro suscipio, hinc quàm  
 versus, ut in cassum verentur, non fiat horri-  
 dior. Trutina namq̃ sequentem:

† 3

Troja



PRÆSCRIPTIO,

Troja virum & virtutum omnium acerbe cinis.  
Trutina inquam: Gravis est cum adfectu.  
Nec ferit aureis. Mutari potuisset. Atqui hoc  
nihil ad Catulli gustum, Nasonis concinnita-  
tem obgannientibus nullus pareo. Solum hunc  
solum quia suis Poëtam trivèrè manibus. In-  
terim tamen nec ubivis id susceptandum, aut  
prorsum neglegendum dixerim. Nam ceu des-  
bitò usurpatum exornat versum locò; sic per-  
regrinò deformat. Deinde syllabam in Penta-  
metrò post duos pedes residuam longā croci-  
tant. Ancipitem facio. Edoctus ita ab Poëtis:

CATULLO.

Lacteus & mistus obriguisse liquor.

PROPERTIO.

Vinceris aut vincis, hæc in amore rota est.

OVIDIO deniq; ipsò.

Indigus effectus omnibus ipse magis.

Quinimò nefas firmè augurant, si huius me-  
tri sint, trisyllaba, tetra syllaba, aut pentasylla-  
ba ingrediantur. Amando ejusmodi trivia-  
leis & frivolos judicis, eorumq; edictiones  
cum PALMERIO adilitas citra populi reor  
subfra-



PRÆSCRIPTIO.

*Subfragium. Sic TIBVLLVS,  
Libera jam duris cotibus Andromade.*

*CATVLLVS.*

Cum quibus illa malum fecit adulterium.  
*Hos inter PROPERTIVS (cui quis antistat?)  
summâ, quod dixi, frequentavit curâ. Laterè  
proinde lavant Prosodiographorum contrariū  
oraculi adinstar amplexantes dogma. Im-  
mò, si integram, dico quod sub mentis pene-  
trali. Hic lepos Atticus Musarū effatui com-  
parandus. Nunc sequitur, quod forsân qui-  
busdam cor ustulabit. In vocibus AEVITER-  
NVS, SEMPTERNVS, alteram ab primâ ex-  
tendo. Fuit enim avaternus, sempaternus,  
et dumtaxat mutatio in I, ceu quaro, inquirō.  
Quod veteris novi q̃, Lat I lima Scaliger cap.  
31. lib. 1. de caus. L. L. ad amussim probat. Idem  
& in SVSPICIO observo. Sic namq̃ habet  
Martialis:*

Oblinitur minimæ si qua est suspicio rimæ.  
*Primam in VITVLO jam pridem longam  
probavit verus Musarum Hercules, & Gra-  
tiarum DEVS TAVBMANVS. Prodit siqui-*



## PRÆSCRIBTIO.

dem à vitâ, quæ lubentiam lætitiâq; Priscis  
sepiculè denotabat. Vnde & ortum nomen Di-  
væ Vitulæ. Cujus testes Nevio & Ennio. Quò  
de locupletius vide Nonium. **VIRESCO** au-  
t floritate Furl, & explanatione Noni Marcel-  
li motus, derivò à virib; est q; majorū virium  
fio. Primam idè extendit. Alterum vireſco  
Virgilio usuatū primâ correptâ à vireo, quod  
in propatulò omni, resuleat. Priorè in melos  
incipitem facio, impulsus Græcorum carminū  
ratione. Liquida etenim haut rarò vocalem  
antecedentem brevem producit. Exemplum  
largitur Homerus in versu:

ἰμερόεργον ἄβυσσε διόε δ' ὑπὸ μέλῳ ἄεισε.

Quin & Persius in suò prologò, quādo inquit.

Cantare credas Pegaseum melos.

Id genus & alia occurrent, quæ fortè an lanci-  
nabunt padagogorum aureis. Atqui Tu tamen

**AMICISS.** mi **LECTOR** id verè vere, nil  
mihi in mente citra auctoritatem, nedum in  
stilò aut chartâ. Quæsitus de ijs ingenuè &  
luculenter & dñs respondebo. Obelò ergò ne  
transfode, quod ad providentia solem minus  
coctum



# PRÆSCRIPTIO.

coctum aut decoctum credes. Menda, si qua  
sunt prater Typographi; non excuso, sed ab  
quovis cum veniâ, non pœnâ audiri, legi q̃  
opto. Imò adulescens adhuc sum, & annum  
undevicesimum recens ingressus, quod publico  
datum, sub Memnonis matre peperit. Exstant  
& plura in μελετητηγίῳ meo propediem di-  
vulganda, ut CENTVRIA ANAGRAM-  
MATVM, COMOEDIA DE VAGO PVEL-  
LARVM AMORE, MORVM LIBER, AN-  
TIQVARIVS, SACRA quoq; subcisiuis con-  
dit a horis. He præcurrant fœura, ut quæ fa-  
ventia aura spiret, planè & plenè explorent.  
Cernimus enim in hōc exulceratō seculō nil  
tentari, quod versipellis ac nasuti Agazeli ef-  
fugiat censuram. Imò centiceps illa LIVORIS  
Hydra adeo virosa sitit, ut nec mille Hercu-  
les eam cordiculis perimere satagant. Sed si-  
nem facio. Hem! Musæ & ordinis rationem  
Epigrammatum exigunt. Habeo nullam. In  
horum enim positu minus curiosus, ut sub maz-  
nus, sic sub literarum matrices cecidit. Parè  
† s                      modò



# PRÆSCRIPTIO.

modò & l. 14 ff. de hereditatibus instituit. Ex eo  
quò si adeatur hereditas nil interest, siue quis  
in primâ, siue citimâ audiat heres cerâ.

Quin & Botanici interdum circa hortorum  
sepem fragrantiss. odoris serunt herbas. Hôc  
concludo, TIBI Q. VIR Generosiss. meorum  
carminum pulveres, nunc junctim congestos,  
proprietaryos nuncupo, fulgoris tui quò & il-  
li fiant participes. Si pecco, tanto Heroi hæc  
vilia dum obfero, nullus ambigo, quin ab Il-  
lustriss. T. D. veniam sim consequuturus. Eâ-  
dem enim, quâ magna à summis, exigua ab  
infimis quòd capeffas fronte, plenò præconiò à  
FAMA ubique circumfertur. Hanc tamen  
diffiteor, te sublimiori Musâ dignum. Vero-  
rum sic res geritur;


non omnia possumus  
omnes. Tubarum inflare nervos  
inseius, hiscat oportet assam.

Ergo animum dumtaxat meum hisce lusibus  
quodammodò declarare: à T. D. quòd benigne  
amplexus, quum nobiliss. juveni ALEXANDRO  
à BOTHMER meis Rosstocki prævi studiis,  
depra-



# PRÆSCRIPTIO.

deprædicare intendi. Utinam Dij mihi eam  
 elargiantur facultatē, quā hoc re magis, quā  
 verborum contingat lenocinijs. Meum nihil  
 fecius esto, quod referre minūs valeo, æternū  
 meminisse. SALVE & VIGE Heros Re-  
 vcrendiss. me q̄ jam semel in clientelā tuam  
 susceptum enixiss. eādē, quā soles clienteis,  
 tuere & subleva fide. Me tū in patrocini-  
 um tuum permitto, at q̄, ut antiquitūs loque-  
 bantur, mancūpio trado, quō tu, quod voles,  
 facies: voles tamen spero, prout soles reliqua.  
 Deus Opt. Max. T. D. & totum territorium  
 Lunaburgense ita fortunet, ut ad summam  
 felicitatem desiderari nihil queat. Lipsiæ  
 propriidiē Kal. Quint. anni 1704. MDCCLIV.  
 Romæ Jul. cur. Ch I C.



Lectori




## Lectori meo S.

**P**rimula sic praelo metra in juvenilibus annis  
destino, quæ efficient te memorem esse mei.  
Maxumè in his Vatum mihi sumo imitamina eorū,  
quos studuit potiore effigiare lutā  
Iapetionides, vitæ ut decurrerog, ævum  
longius, hi soli Numinis instar erint:  
Tuncq; dabo tibi epe genio pænè oscula Catulli,  
Bilbilici immò sacrâ vermiculata manu;  
neu siliceis animabo, aureis aut Oceano indam,  
sed Davidâ atq; homines verba mea aure bibent.  
Nunc ergo tristî è stipulâ quos buccino versus  
suscipe, nec scævô transfode eos obelô,  
forteàn ad gustum species minùs horum ubi in oris,  
grossâ aut quod pernetum exstat, amice, colâ:  
Sum juvenis, necdum sparsus lanugine mentum  
quattuor exegi latus Olympiadæ.  
Sum juvenis, juvenili animò juvenilia mele  
Patrimæ effundo virginis auxiliò:  
Primitias capta; incursum tibi ita indere havebo  
plura, usq; huc mea quæ Bibliotheca premit:  
Comica cum Sacris, limitu atq; Anagrammata  
centum,  
quas super atq; tibi has arca recludet opes,  
quîs narrare supersedco, ne fortè mibi auri  
cordivoram infestæ dividiæ exhibeam.

Vtere



*Vtere agè ergo datis, Dominum astringamq̃ fatiga,  
ut Mortæ manibus corda vaciva geram,  
sic sanè illa canam, quæ ætas ventura fovebit.  
Dixi, nec debet plus labrò abire meò.*



*SYLLABVS EORVM, DE QVI-  
bus & ad quos hæc Iuvenilia.*

Abrahamus Bruschius.	Fridericus Balduinus.
Æmilius Loringa.	Fridericus Taubmanus.
Albertus Grawerus.	Gebhardus de Luhe.
Albertus Wichgrevius.	Georg: Alb: Spenlinus.
Alexander à Bothmer.	Georgius Cremerus.
Alexander Sonnleuter.	Georgius Palbitzken.
Andreias Emmenius.	Godefridus Fuchsius.
Antonius Burmeister.	Henricus Almerus.
Antonius Mocerus.	Henricus Gifelius.
Carulus Troiger.	Henricus Warenius.
Casparus Seilerus.	Henningus Zabelius.
Christianus Severini.	Hieremias Schrejus.
Christianus Sledanus.	Hieronym⁹ Bruckner.
Christophorus Cæsar.	Iacobus Brunfendorp.
David Chytræus.	Iacobus Wolffius.
David Pantalcon.	Ioachimus Hartmanus.
Egidius Meindelius.	Ioachimus Poeterow.
Elias Schönfeldt.	Ioachimus Radenicius.
Erhardus Bodenschatz.	Ioannes Andreiæ.
	Ioannes



<b>Ioannes Burmeisterus</b>	<b>Matthæus Zuberus.</b>
<b>Ioannes Christophorus</b>	<b>Matthias Hofman.</b>
<b>Panschman.</b>	<b>Matthias Vrbanus.</b>
<b>Ioannes Dierenthalius.</b>	<b>Mauritius Hein.</b>
<b>Ioannes Fabricius.</b>	<b>Michael Crowelius.</b>
<b>Ioannes Forsterus.</b>	<b>Michael Herlitzius.</b>
<b>Ioannes Henricus à</b>	<b>Michael Pfeiffer.</b>
<b>Promnitz.</b>	<b>Nicolaus Reufnerus.</b>
<b>Ioannes Hufwedelius.</b>	<b>Nicolaus Thuen.</b>
<b>Ioannes Nigerdinus.</b>	<b>Nicolaus Willebrand.</b>
<b>Ioannes Paullius.</b>	<b>Paullus Neovinus.</b>
<b>Ioannes Scharffius.</b>	<b>Paullus Rutingus.</b>
<b>Ioannes Simonius.</b>	<b>Philippus Sichardus.</b>
<b>Ioannes Sturmius.</b>	<b>Rudolphus II. Rom.</b>
<b>Ioannes Teuberus.</b>	<b>Imp.</b>
<b>Ioannes Tucher.</b>	<b>Salomon Frencelius.</b>
<b>Ioannes Vdrianus.</b>	<b>Samuel Dresenius.</b>
<b>Iustus Lipsius.</b>	<b>Samuel Schilling.</b>
<b>Leonhartus Rechten-</b>	<b>Sebastianus Dayerus.</b>
<b>bach.</b>	<b>Theodorus Hannichius.</b>
<b>Martinus Braschius.</b>	<b>Thomas Schaerscho.</b>
<b>Martinus Fabricius L.</b>	<b>Thomas Spintlerus.</b>
<b>Martinus Fabricius H.</b>	<b>Tycho Brahe Pater.</b>
<b>Martinus Ginaspeus.</b>	<b>Valens Wintherus.</b>
<b>Martinus Rubacus.</b>	<b>Vlricus Chytræus.</b>
<b>Martinus Teuchman.</b>	<b>Zacharias Schroterus.</b>

**Lector**



Lector benivole,  
antequam legas, menda ab Operis,  
me absente, commissa ut emendes,  
enixissimè oro.

Litera grandior quaternionem, minutior folij  
faciem, v. versum notant.

A. 1. a. v. 11. l. innubi. A. 1. b. v. quam cernens l.  
ventat Amor. A. 5. b. v. omnia l. cecò bac. A. 6. a. v.  
at quid l. surget. A. 7. b. v. rursus l. comtula. B. 1. a.  
v. in l. tensos. B. 2. b. v. quod fieri l. baves. B. 3. a. v.  
ignoras l. protenus. B. 3. b. v. amoris l. tessera. B. 4. b. v.  
ultimò l. si cupis Hospia eunt. B. 5. a. v. 4. l. dicasterij.  
B. 8. a. v. nec mihi l. habet. v. quaris l. baves. C. 2. b. ad  
Phil. Sich. incipe Comta. C. 6. a. v. non hominum l. ho-  
millum. C. 6. b. v. quid quaeso l. homillis. C. 8. b. v. ulti-  
l. ut reseram. D. 1. b. v. primò l. Sanè ea quæ crocitat. D.  
2. a. v. an serva l. anquiris. D. 5. a. pro adffer l. adfer. D.  
9. a. v. Hospia l. Catharina. D. 8. a. v. antepenult. l. o-  
mustus aurò. E. 6. b. v. quos verus l. conjungit. F. 1. a.  
v. ult. l. famam. G. 2. a. v. quod fors l. transfundi. G. 8.  
a. v. cui Deus l. turba favet Superum. G. 8. b. v. 20. l. a  
psallere. H. 1. a. v. 5. l. Dierenthalio. H. 2. b. v. i felix  
l. cordis. H. 3. a. v. 9. l. Interea. H. 4. b. v. te Pandora  
l. beavit. H. 7. a. v. idem l. Charitum.

Reliquis, si vis, nec monitus fa-  
cile medebere.

IN



IN IUVENILIUM  
IACOBI FABRICI P. C.  
& Philatri,  
TRIGAM PRIOREM  
EPIGRAMMAT A.

**F**abricios Tyberina suos Vrbs maclat honore  
perpete, dum Lethes lambere pocla vetat.  
**F**abricio Galatea suo magè Balthica vivax  
æternum satagat perpetuare decus.  
Illi bellando populos fregere rebelles,  
& peperere sibi nomina Martis ope:  
Ast hic cantando Tigres demulcet & Vrsos,  
atq; sibi nomen suscitatur Artis ope.  
**F**abricius vigeat, generosaq; indole cascos  
certet Fabricios antevolare catus.

M. Ioannis Forsteri P. C.

**P**avo, syrmate turgidus supinò,  
conspicit pedibus, remittit alas.  
Sic quum gloriatur in virgine Lauri,  
conspicit numeris meis stupefeco,  
dum Musas video tuas, POETA  
FABRICI, en azimum meum resumò,  
quod Phœbum mihi dictur amulari.

Matthai Zuberi P. C.

IACO-





JACOBI FABRICI POE-  
tæ Laureati

amores,

SEU

LUSUM JUVENILIUM  
foetura prima.

---

AD JACOBUM WULFFIUM,  
avunculum meum.



WULFFI Heliconiadum cui maxuma cura me-  
arum

exstat, Erechtiæ & Pallados arctus amor,  
innube acceptes animo quem destino librum,  
nec sine ut obscenus presset eum usq. situs:  
pensicula ex nostris & juvenantia corpore metra,  
nam graviora tibi grandior ausa dabo.  
Sic maturescunt unò nec Sole corymbi,  
nec messi segetem jungere aratra queunt.

A

AD



## AMORES

### AD HOSPIAM.

**S**Cire laborabat quomdā nil turba puellū,  
quā filo gracileis adplicuisse manus,  
cum fufis tractareq; acus, & lina, colosq;  
ac juvenum roseā fertā animare choros.

**H O S P I A** longē alia est tibi mens mea, mī unica &  
vita, corollifero haū equiputanda gregi. (una

**Nam** Pandora tuo adsistit generosa cerebro,  
Pontigena & cordis sessitat alma iholō.

**Undē** nec immeritō addubito, quō sanguine creta,  
annē hominum, an Divūm sis generata satu?

**verē** etenim muliebre genus tribuit tibi id omne  
**H O S P I A**, quod per te, si sapit ulla, sapit.

### AD CUPIDINEM.

**C**orda vacillanti mihi surripit **H O S P I A** nuper,  
ejus ut in gremio desidiosus ovo.

**Pallidula** undē orta illuvies seminaq; tabis,

quam cernens, gressu prapete venit, **A M O R**,  
ex pharetrā ac promens subitō horrida spicula in ar-  
collocat, atq; illis me cruciare parat. (cum

**Incepi** incursim. Quae te vesania' lefit,  
cur arcum frustra in me sinuare cupis?

**H O S P I A** enim te praevenit praecordia servans  
nostra. I, vel rapiet mox tua tela tibi.

**S E B A-**



FABRICIANI.  
SEBASTIANO DAYERO  
Breslæo, fratri meo intumo.

**C**Erussata meum haurit cernet DAYERE cubile  
Virgo, placet verè, quæ absq̃ colore placet.  
Non amo formosam, talem nec amabo. Quid obstat?  
Exteriora patent, interiora latent.

HOSPIAE MEÆ.

**H**OSPIA quid cœptas? nive cur mea corpora tangis?  
desine, nostra etenim saucia corda facis,  
Væ mihi! quod rigida frigus nivi inesse putârim,  
nix caret igne, ignis nix tamen illa fuit.

Hinc Amor, & dulcis disperdens flamma medullas,  
in pectus tendunt tela manusq̃ meum,  
ut sine te nequeam vitalia lumina apisci

**H**OSPIA, nec sine me tu superesse velis:  
quodcunq̃ effecto te absente ego dictito vanum,  
vanum etiam esse reor, quod sine me HOSPIA  
te sine quod meditor penitus vanescit in auras, (agis,  
me sine & in ventum, quod meditaris, abit.

JOANNI FABRICIO  
Rostochiano.

**H**OSPIA quod soli cupiat mihi nubere, quondam  
dixit, at in præcepta verba versa ruunt.



## A M O R E S

Qudd levior folijs sit voce decebo puella,  
 FABRICI an fallor? num facit HOSPIA idem?  
 Non reor, ast purum mihi quem sacravit amorem,  
 purus erit, VARNVS tanget ut amne ROSAS.

## A D H O S P I A M.

**E**X mediò nuper præcordia pectore rumpens  
 ad te repente miseram  
 HOSPIA, quò scires, quanam sint vota, precesq̃,  
 quas ore fundo supplicì.  
 Illa sed expectans miser ab repedantia cassum,  
 nisi gemitum ad te protinùs,  
 nuncius ut quantis stimulis urgerer hic esset,  
 vexaret & me quis dolor.  
 HOSPIA tu rides, strepituq̃, explodis amantem,  
 gemitumq̃, cum corde retines;  
 Ast nunc ad te animus, mihi qui modò restat, abibit,  
 cui sensa mentis explica,  
 quòd si hunc porrò etiam cupies vincire capistrò,  
 certè interibo funditus.

## D E A M O R E Q U E R E L A.

**D**ucere navigij sine crimine in æquore habenas  
 censetur laudis maxumæ & artis opus.  
 Venti etenim insurgunt furiarum ubi perciti ab æstrò,  
 illic Scylla obstat, heicvè Charybdis adest.

H66



# FABRICIANI.

hęc glomerata locō collini verticis instar  
 saxa latent, illō grossa saburra jacet.  
 Nec tenuis labor est munire alta oppida vallō,  
 hostilī ut maneat turba vaciva dolō,  
 horrida sanguinea namq; urbs obsessa coronæ  
 tympana sentiscens mille pericla subit,  
 tūm quoq; victori quæ aptatur adorea sepē  
 tramite non stabili conspicienda datur.  
 Dura equidem hæc fateor, sed si conferre placebit  
 cum Veneris regnō, vix ea dura puto.  
 Flectere nam cupiens navis Cytheræa carinam,  
 hinc orbem longē dissitum adire jubet,  
 quō conquirantur preciosa monilia amica,  
 quæis dignē possit regiam inire Jovis,  
 quin & sanguineam gaudet tranare Cupido  
 luctam, hominum ut scelerum pectora plena domet.  
 Felle amor hęc pactō ergō acidissimō acerbior exstat,  
 dicitur ac verē tristis amaror amor.

# AMOR BIBITUR.

Nuper ut instabant natalis festa diei,  
 nostro coronam amica mittit vertici,  
 quam capiti inponens medijs deprændo latere  
 sertis virore suavi Amorem percitum,  
 extensō raptim digitō incautum occupo & alā,  
 cumq; sumens in merum mersum bibo;



AMORES

nunc vires sentisco miser, deglutit enim artus,  
intra & medullas gargalissat fluctibus.

CORCULO MEO.

**C**Vr mihi flagrantis verè testamen amoris  
mea HOSPIA aptas annulum?  
Tortilis hic aurò est: sic nos quoq; mutuus ornet  
amor maneatq; perpetim,  
illius exta vorent, oculos & guttura corvi,  
te qui unicè non deperit.

M. ANDREIÆ EMMENIO Budisino.

**E**MMENI clausis cur quæris amasia ocellis  
sit sculpta? ut maneant lumina sola mihi:  
Hæc namq; adspectans pictor gelidò igne teneret,  
me sic cornutum redderet & socium.  
Absit id. Effigies privum at dùm præbet ocellis  
vultum; huic credo suum quodd neget officium.

M. FRIDERICO BALDVINO Dresdensi.

**D**Ulcis amaror amor, quod dulcat, amaricat, ipse  
verius hoc verò existere comperio.  
Vanida non referam. Explanant tibi id HOSPIÆ  
queis cruciat pectus nocte dieq; meum. (ocelli,  
Eff-



FABRICIANI.

Efficit hoc formæ decus, & mens candida, quis non  
ex animò taleis vellet amare genas?

Olim Mercurius formæ inclutæ honore decorus  
splenduit, & nomen cognitum ubiq; **FOVIS.**

Formosâ ac priscis specie effigiatus Facchus,  
cum Gnatò enituit cultè Erycina suò.

At nihil hæc faciunt ad nostræ virginis ora,  
namq; omneis superant splendiditate **DEAS.**

**VITANS CALOREM SO-**  
**LIS IN CALOREM AMICAE**

**INCIDIT.**

**S**ol aestuabat lumine fervidò  
ut queritare orsus gelidum lacum,  
Musarum ubi sacrare possem  
concilio, & Venerem abdicare.

Ac dum recurvum prætereo latus  
montis, sub ipsò vertice plurimis  
cerno herbulis terram nitentem,  
hæc placuit posuisse gressus.

Saltantis at mox murmura aquæ audio,  
atq; oris illis ut relevem sitim  
actutum ed concedo, corda  
fontis & exhilare saliva.

**EN HOSPITA** adstat visa oculis meis,  
formâ venustâ, & sic humerò nitens



## AMORES

ut pura nocturno venidet  
 Luna mari, Gnidiusvè Gyges,  
 membris rotundis lilia candicant,  
 mammas tumentes pectus habet parum,  
 & spirat ex malis rosarum  
 gratia, orant viola labellis.  
 VENUS refulget tramite pectoris,  
 velant ministra cetera Najades,  
 quæ non queunt rauci sonoris  
 carmina condecorare dignè.  
 Ergo beati, contigit his quibus  
 bonis beari, & delicijs frui,  
 quas HOSPITA adfert lustrare,  
 ferre pedesq; referre docta.  
 Crispare ceptant aureolos tibi  
 crineis eburnis pectinibus, colunt  
 te dia Musarum corona,  
 Eurynomesq; trias venusta:  
 splendent ocelli jugiter, hos suis  
 certè & Cupido viribus asperat,  
 illinc sagittâ ac prapotentem  
 fulminat, atq; homines penetrat.  
 Heu quam misellò sum positus statu,  
 vitare Solis quàm radios volens  
 procùl remotos hinc subivi,  
 quos resonus rigat amnis, agros.

Forna-



FABRICIANI.

Fornacis astu liber, ab igneis  
repentè flammis discrucior miser,  
erroq; per cuncta arva servus  
virginèâ domitus pharetrâ;  
quin & calebam prætereâ nimis  
exceptus astu Solis amabilî,  
verùm interim illæsus manebam,  
igneq; talî ego non liquabar.  
Nunc corpore autem pascitur HOSPITA  
nostrô, & medullas degulat intumas,  
lenire nec possum furenteis,  
funditûs aut resecare flammâs.  
Quod si tulissem pluribus horulis  
Titanis ignem, mors cruciatibus  
finem addidisset, sed perennes,  
quos modò alo, mihi erint, dolores.

DUELLUM POETÆ ET  
CUPIDINIS.

Merferat unda diem sparsò nox humida somnò  
languida cœruleis invexerat otia bigis,  
ut puer alatus tali me voce salutat:  
Quid quæso somni FABRICI munia captas?  
quidvè puellarum tenerum adspernaris amorem  
durior, arctoâ Boreâ stridente sub orâ?  
quid validæ profunt vires? nerviq; juvenis?  
A S quidvè



## A M O R E S

quidve Suada tuis haerens adfixa labellis  
omnia marcessent, cæcò gressuq; Senecta  
conteret, hà scævâ facie, tremulisq; videnda  
membris, atq; colo nitens, querulâ omnia & angens  
voce. Hanc à tergò pedibus truculenta capeßit  
suspensis, jaculum in cunctos vibrare parata  
Morta homines, membra & gelido committere busto.

Ergò dum vernant male, licet atq; fruisçi  
gaudiò, ama Veneres, nigrantem hauriq; Falernum,  
indulge violis, roseâq; & pocula fertâ  
cinge, joci multa impendens curricula dierum :  
Sic vitam vives uni tibi & unitèr unam.

Dixit, & actutum tela insinuavit in arcum ;  
obstupeo, adreptò jamjamq; ferire bacellò  
est animus ; summò ast furiarum is percitus æstrò  
arcum desubitò tendens librare sagittam  
in me præcipitem paritat. Surgo illicò prædens  
monstrum id amoriferum, cunctis & privo pharetris,  
protinùs intumuit, volitavit & ociùs in me,  
at mihi consului cursu, corpusq; repentè  
in sinuosum arcum inflectens Musea subivi.  
Quod cernens, horrendum horrendò sibilat ore :  
Siccine F A B R I C I tollis mea mi arma, nec ultrâ  
congregier tecum armatus valeo. Ecce petissam  
te nudus, credo & tua sic præcordia stringam.  
Subristi. Ab quid feci ? in me quis fulgurat ignis ?

tune



FABRICIANI.

tūne meas alate puer quaterere usq; medullas  
occipis? hā prodest te quid spoliāsse sagittis?  
Quondā liber eram, tibi nūc servile Dione  
prestare officium cogor. Tantius mea quassat  
corda aestus, nec me stabili usquam sede reponit.

AD SUSPIRIA

SCRIBO.

**V**Os ego, quae nostri nostis, SUSPIRIA, amoris  
intenta, cogitationesq; anxias,  
ite ad Amasiolae tecti inclyta limina nostra,  
serata suspensis digitis ac tangite:  
Duxerit at lassī si dulcia gaudia somni  
redite, necq; illam excitate pessulis,  
At quid ego effundo? subsistite. Surgit enim illa,  
leviq; passu, sine strepitu atq; accedite,  
ipse & quā careo infelix offert salutem,  
annunciando quae lacrumae cor exedant,  
omnia sermonis genere explanate suāvi,  
nec ambigo mitescat hac quin illic.  
letior & vobis sublustreis porrigat aureis,  
sin fecerit-secus, monstrate firmiter,  
quot curis pressus, quantō excrucierq; dolore,  
imaginem ejus dūm miser circumfero,  
& me si vita cupiet spirabilis usu  
beare, mandate ut reditum hūc mox destinet.

LU.



AMORES

LUBENTIÆ MEÆ.

**M**ittam, HOSPITA ajebat, tibi lilijs  
cultam, rosis textamq; corollulam,  
curricula nobis imminebunt  
exhibitum trium ubi dierum.

A fronte vultus flecto oculos mei  
partem in sinistram, partem & in alteram,  
ut vana per somnum inquietus  
queis crucior simulacra tollam.

Expecto cassum, nec veniunt tua  
promissa, me simplex animi juvat  
candor, nec ullam à te puellam  
in mea tecta meare cerno.

Sic si HOSPITA exstas me cruciabilis  
capitum Cupido sternet, & abditum  
ferale telum in me parabit  
lethiferâ indere cum sagittâ.

Sed desino: namq; HOSPITA adest mihi,  
promissa solvat quod modò debita,  
hâc ergò primùm orsa est loquellâ;  
munera quæ domina capesse.

Accepto, claustrò & pectoris intumô  
repono, reddens quas queo gratias,  
credensq; dona inlustriora,  
ac nitidis potiora gemmis.

Sed



FABRICIANI.

Sed dum recludo, ac pascere ijs paro  
nareis, ocellos, os, faciem & meam,  
offendo præter pietate-ficta  
nil, quod ament penitus medulla.

Adsunt anethum, lilia, prunaq;  
adsunt nuges, adsunt viola & rosa,  
ac pulcra laurum per virentem  
effigiata mihi corolla.

AD CATENAM LEU-  
COREAM.

QVomdã sic tua forma mî placebat,  
preferri ut poterat virago nulla  
tuis candidulis CATENA ocellis.  
Nunc sed imminet hora, quã labella  
cum suetâ irritio basiatione,  
namq; exercita strictiore pene  
quod sis vulgus ait. Fatere verum.  
Postponi tibi enim virago nulla  
potest. Fallor ego. Redibit avum.  
Si nulla extiterit me amans puella,  
dicam; sola places mihi CATENA.

SEBASTIANO DAYERO  
Vratislaviensi.

Me



AMORES

**M**E cruciant cura, cruciant me virginis ora,  
ab essem sanus si procùl AM & O.

AD MARINAM BATAVAM.

**Q**uod formosa MARINA, clamat omnis.  
Quare? munera das quibus venusta es,  
neq; ulla ut capias petis vicissim.

Desistas dare, tñ dari at studeto,  
sic num compta sies MARINA cernam:

En quid desinis? augurabar illud,  
quòvis iudice nunc anus vocaris,  
fumò perlita, dentibusq; priva.

Aurò, non facie procos inantè es  
nactus, si facies MARINA gratis  
rursùm comptula eris, Fovisq; digna  
regiò indigetaberis sacellò;  
sin gratis facies anus manebis.

LUBENTIÆ MEÆ.

**T**orqueor omnimodis procùl à te ut dissita membra  
gesto, ubi me vivum vis mea tecta subi.

Quid patria arva juvant? musci limina nostri  
sola virent; actutum HOSPIA age illa subi,  
mellea amara incursim ubi te sine victito fiunt,  
si cupis ut vivam, huc HOSPIA amanda veni.

Cum



FABRICIANI.

Quum longè hinc paritā habeas domum amica, repente  
incolo quam sedem tristia fata movent.

Sed te quamprimū cernam mutabor eā horā, atq;  
incolo quam sedem gaudia multa movent.

AD HOSPIAM.

UT tecū insumam totas vis HOSPIA noctes,  
nolo ego, at integrā hoc HOSPIA mente petis.

Ardalidum inlustrī nam motus amore Erycinam  
respuo, dum gnavō Palladi corde lito.

Sed quid, cur Venerem adsperner quæ Pallada vicit,  
queris, quō vicit iudice palmæ erat.

DE PORNO & BERINNA.

PORNUS effridā facie vagatur  
per loca urbis cuncta, gemente curā  
queritans mechas, propriamq; ridet  
conjugem. hā nequam! scelerumq; sartor!  
dum facis caste tuæ id usq; amica,  
dignus eternō cruciatuum antrō.

Sed BERINNÆ optat revocare te ignis,  
quō pius tamdē fera scorta linquas.

Sessitat noctū ergō pudore nullō  
percita in summis gradibus videnda:

PORNUS hanc cernens crepat ore clarō,  
quid facis? quæ membra tegenda veste,



## A M O R E S

*in face accensâ speciunda præbes ?*

*Hæc ait. Causam tibi habeto, cerne  
num satis crescat mihi, quod caballo  
pabuli prodesse locò potissit.*

## H O S P I Æ M E Æ M E L.

**A**d mammas aditum, tempora, labraq,  
collum, crura, manus, das facilem mihi,  
amplexusq, tuos. H O S P I A cur negas  
occlusam thalami pandere januam,  
quùm sum difficilis, te facilem probas  
Et contra ut facilis, difficilis mihi es ;  
exposco ipsa negas : quùm haui peto mî exhibes :  
te mitem ut cupio, seuior angue sis :  
rides cum lacryma ex fronte fluunt meâ :  
faris cum taceo : quùm vigilo quies  
te totam occupat : Et frigida es H O S P I A,  
me quando urit amor, saucium Et usq, habet.  
Cur me sic crucias? desine amasia  
nam soli adsto tibi solus ego H O S P I A.  
VERE EST IN SI PI ENS DISSIMV-  
LANS MALE.

## A S P E R I T A S A M I C U L Æ.

**V**irosus coluber, virosaq, nascitur anguis,  
est fetu virosa ursa, leona, lupus,

*vipera*



FABRICIANI.

vipera sevit, aper sevit, cum tigride sevit  
simia, cum sevô seva leone VENUS:  
sic seva innumera, & virosa animalia degunt,  
omnia quæ superas HOSPITA sevinâ.

AD PULICEM.

Quid pulex ô nane furis? quid amasiola ambis  
corpora? quid morsu hæc asperiore quatis?  
cuncta peragranti tibi membra, patescit & ipsa  
mammula, Acidalijs usq; petita ab agris:  
Hæc probè ubi altius, ovas te parte latente recondens,  
ut paullum releveret lassula membra quies.  
At ubi ab unguiculis satis es perterritus, indè  
diffugiens gracili murmure terga subis,  
perdere sicq; meam tibi stat sententia amicam,  
hæc à se quàm te pellere nulla queat.  
Nam quando arboreâ nudat sua membra sub ulmò,  
in tensas casses quò fera præda ruas,  
à veste in terram resilis, resilisq; repenti  
à terrâ in vestem, atq; hinc loca nota petis,  
pergis & indomitò miseram cruciare volatu,  
undiq; stringendo sanguineò ore notas,  
Undè feri undè tuis rostris exilibus ungues?  
nanulam habes animam, nanula corpora habes,  
tu tamen hauri aliter, quàm si tibi ferreus esset  
umbo, illis rostrò membra cruenta facis,

R

at cave



## AMORES

*at cave, virginibus Theseô ubi fœdere jungar,  
membra dabo canibus dilaceranda tua.*

## HOSPITA AD POETAM.

**Q**uis corda æstus habet, quotiès mî irasceris, inquis,  
tu nec legitimè nata puella thorô es.  
Quid profers evanida, Amor si te uſtulat, exſto  
chara, at Apollo tibi quùm favet atra vocor.  
Hoc ſcio legitimè ſum nata educatq; ſtratô,  
ſordium & obijciet crimina nemo mihi,  
caſta ego, caſta tibi durabo in pectore caſtô  
nec ruet in ſenſus caca libido meos.

## EPITAPHIUM QUOD DE- STINAT AMASIAE amafius.

**H**oc reor cumbunt mihi flenda buſtô  
vitæ meæ ſolatia,  
ergo quel cœptabo genas rigare  
ex corde tractô flumine?  
Soli enim conceſſa mihi eſt poteſtas  
implere lymphis hoc ſolum,  
namq; me ſolum coluit favore,  
ſpretâ procorum turmulâ,  
Quid juvat fletu faciem irrigare,  
incassum in amnem ut diffluam?

*fletibus*



FABRICIANI.

fletibus nostris redimi nec ullô  
quit tempore. hæc frustra gemo!  
quod tamen nostrô edam in amore signum,  
has lacrimas expectoro,  
quæ agas vitam, moriar vel ipse,  
tû & mihi levis sic terra erit.

ÆMILIO LORINGÆ.

Nescio quid dicam, exaudit vota HOSPIA nulla,  
munera dat nulli, munera nulla capit.

AD HOSPIAM.

Scortillum voco, quæ procis amorem  
instillare suum parat puella  
aurô, vel radiantî onusta gemmâ.  
Quin & prostituit virago corpus,  
acceptat data munera ut procorum.  
Te laudo HOSPIA. Nulla nam capeßis,  
nec das munera, quos habes, amicis.  
His fies mihi moribus pudica  
HOSPIA, ô animæ meæ corona.

AD PORCIUM.

Termina tu Veneris sentis, sapiens tamen audis,  
nescio num tû unô hoc tempore conveniat.  
Omnis amans amens. Amentia suscitât iram,  
irâ autem sapiens percitus esse nequit.



AMORES

VITULÆ MEÆ.

**S**olus adhuc cogor, sola & tu cogeris esse,  
tu mihi tale cies HOSPITA, tale tibi,  
at cum felici tibi iunctus Numine, vitæ  
complebo tecum stamina lata mea.

DELICIO MEO.

**H**OSPITA te laudo, cupis immortalis haberi,  
quod fieri nostris versibus HOSPITA aues.  
immortalis eris, virtutis ubi arduum inibis  
tramitem, & illò nos copula stricta jugat.

SUAVIOLO MEO.

**Q**uamvis sint digiti praelustrî Jaspide cincti,  
hòc tamen ornatu cultior HOSPITA oras,  
Quod verò facies, flavi te ornantq; capilli,  
moribus id solis auguro inesse tuis.

HOSPITA POETÆ.

Iure Suos Fortuna Bonis Rebusq; Venustat.

SODALEM SOLOR.

**F**abula sum nostræ cruciatus & inquis amica,  
enecor & frangor, vexor ego & stimolor,  
si queror, inridet, pœnis nec flectitur ullis,  
si crucior, multò mi graviora vovet.

Nescio



FABRICIANI.

Nescio quid cœptem, nil quàm sum fabula amice,  
Quid facies? fella hanc, fortè ita amicus eris.

PUDOR AMICÆ.

ERubuit nostros cernebat ut HOSPIA gressus,  
sic mihi monstravit quònam in amore cluam.

DE HOSPIA.

VERnabam intuitu nupèr ego HOSPIÆ,  
quæ ridens retulit: SAT PLACEO TI BI  
FABRICI scio, sed num placeas mihi  
ignoras. Fateor dixi ego protinùs:  
Tu mi sola places, fac placeam tibi,  
sic transire meus non poterit favor.

AD ASPIDAM.

ASPIDA queso quid es? dic ASPIDA, dicã, ubi nescis,  
lena es, scorti autem ô ASPIDA munus obis,  
quùm mihi præscribis tempusq; modumq; domumq;  
lena es, quùm monstras qui penetrandus ager.  
sed venum quandò exposita es, sis, lena quæ inantè,  
scortum; sic duplici fungeris officio.

AD HOSPIAM.

HOSPIA quem quondam tibi sariũ adscripsit amo-  
nstra Venus, sarius, dũ maneo ipse, manet, (rem,  
hunc



AMORES

*hunc tu conserva, necq<sub>3</sub> extingue HOSPIA amorem,  
plus etenim igne urens flamma caloris habet.*

AD EAMDEM.

**Q***uid immerentem expectoras,  
tuiq<sub>3</sub> amantem nullius  
amoris audes tessarâ  
clamare dignum? Desine.  
Quùm te rogo ut me visites,  
promittis, aſt nullam fidem  
inesse ſponſionibus  
cerno tuis. Cur ſevias  
ignoro, blandus quùm tibi  
noſtrum favorem largiar?  
cur quod potes non das mihi?  
tibi opto quod votis queo  
apisci, amoris HOSPIA  
noſtri unicum decus-jubar.  
Promitte tamdèm quod potes  
mihi dare, ut vivam benè.*

AD EAMDEM.

**Q***uùm cupio ſimulas, quùm vis quoq<sub>3</sub> diſſimulabo,  
non vivam niſi amor, diſpeream & niſi amo.*

HOSPIAE OPTUMAM  
mentem.

Diſſi-



FABRICIANI.

**D**issimulare meum incassum cupio usq; dolorem,  
 nam facies monstrat quod tegere ora volunt.  
 quum procul à nostrò sis HOSPITA distita ocellò,  
 angor, si praesens, mens mea sana foret:  
 si mea turgidulas tractaret dextra papillas,  
 oscula si caperem, basia siq; darem.  
 Obscurà quandò placidè sub nocte recumbo,  
 occurrit volùs blanda tui species:  
 serena vix sonuit, jucunda cubilia linquo,  
 ut Musis vigili corde animòq; litem.  
 Obsequor. At revocant sensus tormenta politis  
 ingenium à studijs, dum te ut amem cupiunt.  
 Heu crudelis amor, neglecti ac caussa laboris,  
 raro etenim in vacuò pectore amor resides,  
 amula res vitæ es, numquàm nisi morte recedis,  
 heu fugito jaculò save Cupido tuò,  
 tu mihi lethiferà strinxisti corda sagittà,  
 pro proprio ut jamnunc prodar ego indicio.  
 Faustus eram quondam, dum Fors & fata sinebant,  
 faustus adhuc essem, flammula si sineret,  
 si sineret voltum domine captare serenum  
 colloquiò. En esset vera medela mihi.  
 Sed quid? nunc crucior, laceror, moriorq; premorq;  
 me privum curis ulla nec aura dabit,  
 HOSPITA sola vales cruciatus tollere cecos,  
 tu medicinam etenim, tu dare sola potes.



## AMORES

*Hac desiderij summa est : nihil amplius opto :  
saltem candidulos HOSPITA pande sinus,  
rem paucis cape, quod perimar, frangar, patiarvè,  
HOSPITA sola facis, me cole, sanus ero.*

## AD MATELLAM.

**A** Vreolum pro nocte petis, credo, mihi totam  
te non dimidiò vellem emere aureolò.

## MARTINO GINASPEO Gubinenfi.

**A** Dsociat sibi quisq, suam MARTINE puellam,  
quam colat, imò ipsò corde animaq, magis,  
nec mirum quod idem facias, cui namq, dicares  
oscula, cui linguam membra & amanda dares.  
Multi autem vulgareis ingenti indagine formas,  
in socias querunt Fortis habere suæ;  
non animus tibi talis inest. tua namq, virago  
reverà Venus est altera, quarta Charis.  
Vin<sup>9</sup> nomen? CATHARINA decenter id exprimit.  
maçle hâc, & vires exere, victor eris. (Euge

## AD HOSPIAM.

**T** E sine si vivam, vitalia stamina scindam,  
te sine dispereo, te sine suave mori est.  
Huc gressus tendas, nam corda imbuta favillis  
ceu stipula in fumum, ni venis HOSPITA, eunt.  
H O.



FABRICIANI.

HOSPITA puniceum qua vincis odore viretum,  
 huc tende, & centum me excipe saviolis.  
 Huc tende HOSPITA, & hospita eris, labra usq; labelis  
 includens, cordi cor, femori adde femur,  
 da mento mentum, atq; oculis adjungito ocellos,  
 atq; genis roseas HOSPITA nece genas;  
 sicq; pedi pes junctus orat, sic colla lacerti  
 circabunt, tandem ut lassula membra micent.

MUSCÆ DOLUS.

Musca insidens mense capitur ab HOSPITA,  
 at ferro ut unum detinet saltim pedem,  
 ecce avolans os illius apertum subit.  
 Hec clamat altum, aſt interim penè occupat  
 praeordia, sanguineoq; stringit vulnere.  
 Ab musca quid dirum paras animalculum!  
 vix musca quod sis auguror, penetralia  
 nam pectoris tranans cupis cor pungere.  
 Si suspicor verè, potiùs censeberis  
 cicada fallax illa, quæ jaculis suis  
 dieſq; nocteſq; insidiatur omnibus.  
 Ab HOSPITA hant muscam necaſti, at musca te  
 vibrans dicavit aligero Cupidini.

FUSUS HOSPIÆ A CU-  
 PIDINE INCENSUS.

B S

Sub



## A M O R E S

**S**ub luce nebat nostra quondam amicula,  
 quum gressibus venit celerrimis Amor  
 gnatus Diones, & colum H O S P I Æ auream  
 tenens manu, subrisit, inq, illam igneam  
 facem repente torsit. Hac quando edita,  
 absorbuit pensa illicò linea, & colum;  
 aliùm H O S P I A clamitans, utrumq, igne inlitum  
 prendit manu. Hoc credo & Diones jussu aquæ  
 incenderentur. Terribilem mox perdita  
 vocem extulit. Quis nunc fluvium gelidum mihi  
 monstrat misella? quis modò auxilium feret?  
 Nam flamma fermè transit in præcordia,  
 atq, illa degulat. Obvius fortè ego fui,  
 dicens, mea H O S P I A quid cruciat te, subtice  
vite anchora mee, & paululatim proxumans,  
 circare corpus cæpto, flammula undiq,  
 se sparsa conglobavit insiliens mihi.  
 Sic H O S P I A hæc est tacta flammæ morsibus;  
 at perpetuis nunc exagitor ego ignibus;  
 & parte si me non aliquâ crucis leves,  
 primò die H O S P I A interemptus concido.

JOANNI PAULLIO  
 Wismariensi.

**C**ur auris tinnit? mea cur præcordia saltant,  
 virginis ex niveâ ut mente salute beor?

scili.



FABRICIANI.

*scilicet inflammor, flamma hæc mihi suscitatur ignem,  
sic fit, aqua in me ignem suscitatur, ignis aquam.*

LUCTA DEARUM.

**T**Res nostram similitudinè certatim adamantq; coluntq;  
Diva puellam, & dotibus clarant suis :  
*scilicet ingenij, fortune, corporis. Undè  
iàm dives est, formosa, prudens HOSPITA.  
Effeclare valet, quod tres valere jugate,  
sola, hinc perenni frunde jurè cingitur :  
Lis tamen orta. Erycina suam, Pallasq; revincit,  
& Juno multis hanc suam esse dicitat.  
Artibus ingenuis sibi quod sit culta MINERVA  
adcopulat : MONETA divitias sibi :  
membra VENUS fecisse inquit, quæq; ore renident,  
quæis nostra, si volet, superabit corpora :  
en dirimo litem. Me vate Erycina capeffe  
voltus, Moneta arcæ, ast animi Pallas bona.*

THOMÆ SPINDLERO  
Illyrico.

**N**on mihi amaro amor, nec amor quit ut error ha-  
ast mori & in casto vivere amore placet. (beri,

OCELLO MEO UNI

UNICO.

*Decentem capitis tenes staturam,*

*longi*



## AMORES

longi & corporis, ac nigros ocellos,  
collum aſt candidulum, manus, capillos,  
& denteis niveos habes, nec ulla  
hactenus ſimilis tibi creata :

Omnia illa tenes ſacro placebat  
queis Jovi eximiè expolita Maja.

Ergò ô HOSPITA quòd puellularum  
ſis belliffima, corporis probabunt  
ornamenta tui. Me ama, vigebo.

## AMOR UNDE.

**E** Merſam ex undis dixerunt Cyprida priſci,  
ne dicant noſtri quid precor obſtat idem ?  
undiq; pontus habet fluctus, & ubiq; procellas,  
& Veneri addictos fervida lymphæ premit.  
Sed peior nauta vitâ, vita exſtat amantiſ,  
quem ſtimulus penetrat Cypriæ, & urit amor,  
hic namq; adſiduo morborum adſpergine preſſus  
plorat, at auxilium is, portum ubi tranſit, habet.

M. MARTINO TEUCH-  
MANO viro optumo, amico  
amiciffimo.

**Q**uid rides TEUCHMANE ferocia ſpicula cernens  
vibrare in noſtra tempora frontis apes :

Rideo



# FABRICIANI.

Rideo tecum etiam. illâ enim apes in sede morantur,  
in quâ perpetuum gaudia nectis AMOR,  
spicula format apes, format quoq; spicula Cupido  
quæ noceant, aris gaudet uterq; sonâ,  
spicula ubi experior, frontis memor esse laboro,  
ara ubi sentisco, byrsa flagellat opes.  
Nulla tamen foret hinc mihi cura, modd aspera abesses  
mater, amasiola crux gemitusq; mea,  
HOSPITA nam facilis facie, concinna vigescit  
moribus, at custos mater, ut Argus, adest,  
Juppiter huc subolem, quæ Majâ Atlantide nata,  
mitte, Argi ut privet forfice sede caput.

## DE HOSPIÆ PULCRI- tudine.

SVb tauri imagine Juppiter per aquora  
travexit EUROPAM ignis astu percitus :  
maclusq; cycneis colore candido  
dicata LEDÆ tædâ plumis occupat:  
deindè DANAEN clausam imbre fallit aures ;  
in ANTIOPEN Satyri irruebat cornibus :  
AMPHITRUONEM seq; dixit callidè  
quandò coière noctium duo tempora :  
Quid fiet HOSPIÆ ora si quâ viderit ?  
(averte cogitata talia Cypria)  
certè in meos nolens. volens ruet tharos.

Hospiæ



AMORES

Haüt taurus, haüt aurum, haüt olor, vel quidlibet  
horum esse cupiet, sed speciem aliam exiget.

M. JOANNI HUSW EDE-  
LIO Hamburgensi.

QVod nigrò decoratus usq; amictu  
incedam obstrepat mihi virago,  
HUSW EDELI anime mea corolla,  
& flos Ardalidum, Cupidinumq;  
exemplum ac genij feracioris,  
atq; usq; ingenij vetustioris.  
Quid ium, confiteor, nigrante fronte  
spectandumne nigrans amictus ornat?  
sic reor. Niger estq; carbo ubi ignis  
nullus sentit opem, repente candet,  
si flammis adoleveris eundem,  
quin & purpureo magis rubescet  
florum gravior atq; erit vireto.  
Quid FANE optime-amate-amande suades,  
an arius niveos mihi futuros  
veris, si Domine ustulabor igni?

AD HOSPIAM.

QVum procùl a te absum, gaudes meò amore fruisçi,  
Annuo, quandò adsum, me procùl esse cupis.  
Esse quid hoc dicam? in mediâ quoq; Tantalus undâ  
ceu sitit, in mediò Nectare sic sitio,

nec



FABRICIANI.

*Nec mihi opem adferre ullus avel. Nam præpete telò  
corda Venus læsit, punxit ita atq; animum.*

*Me curare volens munuscula dædala nupèr  
effigiare tibi, ac pòrgere mandat AMOR.*

*pareo, & obryzò purè stellantia mitto,  
vana sed exclamas præbita dona tibi.*

*Apparo jam cestum, rides, redolentia spernis  
cinnama, si sordent carmina, nullus ero,*

*Magnetem ÆTHIOPUM durò aut ex colle revellam,  
fortè ita quùm tibi sit ferrea vena, venis.*

GEORGIO-ALBERTO

Spenlino, de

ANNA LEUCOREA.

**C***Vr mihi chara olim rarò speciunda sacellò  
queris, & ut causam tì reseram unicè aves.*

*obsequor. Amplexu quùm non potiatur amicò  
templa tenens, illum gestit habere domi.*

*Indè etiam exsultat, quònam pellecta, morari  
vix horam in sacrâ, cum venit, ade solet.*

JOANNI PAULLIO

MUSARUM ET

meo ocello.

**I***Ndomita eripui Venerillæ basia nostra,  
pro furtò aſt grandis reddita pœna mihi est.*

Savia



## A M O R E S

*savia enim adfigens, ceptavi ludere linguâ,  
 interea aſt colaphum infligit amica mihi.  
 Obſtupui, aſtutùm &, cui non dederam oscula, malam  
 excepi colapho ſavus & ipſe pari:  
 virgo animum aſt noſtrum rursùs pacare laborat,  
 baſio tùm, primò cui dederam colaphos.  
 Baſia ſic colaphos generant, generantur iſdem:  
 Bellum & amorem unò dat Venerilla die,  
 ſeria miſta jocis effundimus, atq; probamus  
 aqua & iniqua ſimul, ſic reparatur A M O R.  
 Sunt grata ingrata, ingrata & ſunt grata viciffim,  
 baſia ſic luctum & baſia luctus amat.*

## A D H O S P I A M.

**E**Xaudi H O S P I A, quæ referre cepto  
 verba, ut durior illum amica amicum  
 ſpernis, qui te habuit ſuâ in medullâ.  
 Dum te cogito funditus trucidor,  
 nec quid ceptem habeo: perire cogor  
 pensans quas ſpecies tenebam inaniè.  
 Nunc formæ illæ abeunt, redit ſeneſcè.  
 Sordebant alie, mihi placebas  
 ſoli, ſola mea atq; eras Levana.  
 Jàm prorsum cinereſco, nec juvâ  
 fit nox te ſine, nec dies, cibufvè,  
 te exceptâ nihil eſt, eritq; ſuave.

Solus



## FABRICIANI.

Solus displiceo tibi misellus,  
 nec spectas tui amantis Antiam agram:  
 Quid me blandidici juvant amores?  
 quid tot carmina scribita, tot lepores,  
 & tot mellea verba cum labellis?  
 Hæc quod quomdā etiam miser vocarim  
 re vitam, atq; mee anchoram salutis.  
 Tu fulta asperiore caute fastus  
 adsumis, cruciasq; amantis ora:  
 Heu nescis misera, heu misella nescis,  
 quid tandem ira D E ū M, & furor DIONES  
 effrenis valeat, remitte fastum,  
 & dignos capito tuo ore mores.  
 Sic mi chara manebis usq; & usq;  
 dum stellas rutilans fovebit æthra,  
 exaudi HOSPITA, quæ relata cernis.

## AMOR MELLILEGUS.

Dum pullus Veneris clām mella favosq; legebat,  
 furantem nocuā cuspide ledit Apis.  
 Ille altum exclamat, tumuit quū vulnere palma,  
 saltibus & trepidans pulsat inane solum.  
 Post questus matri casum explanavit acerbum,  
 vixq; duo ob lacrimas verba referre valet:  
 Unde has occipiant tantilla animalcula vires?  
 tanta unde exilis rostra capeßit Apis?

C

Cypria



## AMORES

*Cypria subridens, sic tu quoq, parvulus, inquit,  
certè es apum similis, vulnera ubi alta facis.*

## AD HOSPIAM.

**T***Vtelas texis, verùm texo HOSPIA versus,  
sicq, laboranti Phœbus utriq, favet.  
Quod versu effingo, mea acu HOSPIA sedula pingis,  
sic tibi Pallas adest, nec mihi Pallas obest.  
Sed si mutuiter certabis amare me amantem,  
nostro etiam adstabit Cypria amica thoro.*

## REMEDIIUM AMORIS.

**N***Ec meo adaptabit cordi Podalyrius herbas,  
aut per quem Hyppoliti prabita cura cruci:  
Nilq, Coronides poterit: nil ipse MACHAON:  
nec mea servabit corcula Phillyrides:  
Non Hebri unda meos Nilò septemplíce amores  
stinguet: non igneis OCEANI abdet aqua:  
Sis procùl artificè hinc qui morbida corpora sanas  
Phœbigena, ex Veneris me amne ciers nequis.  
Hùc EPHTRE, DRYMO, CYDIPPE,  
ARETHUSA, GRYOPIS,  
XANTHIA, CYMODOCE, LY-  
SIS & OPIS cant,  
nostra atq, exorent Domine ora, incursim ita apiscar  
vitam, hanc præter enim nulla relicta via est.*

AD



FABRICIANI.

AD GODEFRIDUM  
FUCHSIUM Torgensem  
jocus.

**M**E leporem lepus ipse vocas, àh desine, prodam  
nū cupis ut leporis quod penetrare teves.  
Sed cessare tibi fixa est sententia nulla;  
nam lepus insonti nomina das leporis,  
heu quàm te leporem monstrasti, ut virginis ora  
circabas. Leporis nomine solus ovas.  
Maeste hōc, & fontem leporis dignator honore,  
voce salutabis sic leporem ipse lepus.

AD HOSPIAM.

**H**OSPIA mellitam dabitur si haurire loquellam,  
cernere teque oculis, teque manu tagere.  
Divorum Ambrosiam sacro cum Nectare temnam,  
sola etenim servas me HOSPIA, sola necas.

PLANCTUS POETÆ.

**N**escio num lacrumis flammam extinguere possim,  
nescio num OCEANI sufficiant mihi aquae?  
iam graviter namque uror, ut undè mihi inchoo gressus  
ignorem, sic iam saucia corda gero,



AMORES

*Et nisi me invises, vitalia tempora perdo,  
sospite te sospes HOSPITA sum, ac maneo.*

AMASIÆ GAUDIUM.

**H**OSPITA quum sentit quod nostrò in carmine degat,  
exclamat, cedit cuncta puella mihi,  
utitur Oenotriò hæc laudum præcone, sed illa  
Gallò, Germanus me in sua metra vocat.  
Dic mihi num STROZI me COELIA clarior extet,  
non reor, ast nobis gloria major erit.

PHILIPPO SICHARDO  
Plancosylvano.

**C**ompta mihi numquam, nec rustica virgo PHILIP-  
nubet, nam fatua est prima, secunda pigra, (PE  
nec ducam annosam, nec cuius jugera oberrat  
mylvus, et auratas arca flagellat opes.  
hæc etenim faciem pingit, tingitve, linivitve,  
illius ut iussit posteriora crepant.  
talis mecum arctò constringet fœdera nexu,  
quæ formâ et vitâ conveniente valet.

LUX ET CRUX.

**Q**uæ me letificet, fata effecere puellam,  
quæ pariat curas HOSPITA sola data est.

AD



FABRICIANI.

AD HOSPIAM.

**Q**uandò tuas cerno, spem capto, adamanda, papillas,  
HOSPIA, quod tandem nuda videnda sies,  
spem capto, spes sperando hac mihi languida crux fit,  
sic lentè ad fumos HOSPIA amicum adigis.  
Soli etenim planctus nostrum lenire dolorem  
nolunt, ni penitus me quoq; amare velis.

DULCACIDUM.

**D**um fessa excipio sopore membra,  
te solam quasi adesse cerno soli,  
hem quàm millia basiationum,  
& quàm mille suaviationes  
captabam, nihil ut mihi abnegabas.  
At inania gaudia hac fuisse  
demùm sentio, nec miser potissimum  
dissolvi ex acidò HOSPIA hòc odore.

Nam post dulcia subsecutum acetum est,  
me cerno ut vacuò jacere stratò.  
Sic verè quasi adesse te putavi.

HOSPIÆ SALUTEM.

**I**llum ego posco mihi concedas HOSPIA ocellum,  
qui primam cordis duritiem posuit,

C 3

hunc



AMORES

*bunc si habeo adutū efficiet scio, protinūs alter  
in me se ut sinuet, verō & amore beer.*

ANNÆ GENENSI.

**Q***uamprimū surgis speculō specularier instas,  
quis nitor in vultu, quis color ore, & amor.  
Dūm sic indulges formæ, ecce quid auguro de te?  
vendere scortillum rancida membra parat.*

AD HOSPIAM.

**D***ignus quem lacerent rapidissima guttura corvi,  
qui studuit nostros dissociare animos.  
Belga scio, aut Danus fuit hic, sed quisquis is extat,  
dignus quem corvi guttura dilanient.*

DE SE IPSO & AMICA.

**D***um vivo vivet, vixi dūm vixit amica,  
conjugij ut tamdē sic benē constet amor.*

M. JOANNI VDRIANO  
respondeo.

**Q***uæ sit HOSPIA quæris UDRIANE  
quam Musæ variō canore honorant?  
Dicam. Phæbigenæ, ne amor vacillet  
amicūm, indigetant eas opacō,*

*casco*



FABRICIANI.

casco aut nomine. Sic sibi MELISSUS  
junxit ÆMILIAM, metris RHODANTHEN  
expressit. Mihi quis meam negaret  
efficio redimere verbo amicam?  
Veram aut nosse cupis. Scio. Ajo nullam.  
Namque fortean hanc tibi adjugares,  
si scires locum, ubi superstitaret.

Sed, si Fata volent, mea HOSPIA inter  
nostras Varniadesaget triumphum.  
Fam, ni fallor, habes, quod expetebas.

JOCATUR HOSPIA.

FLammam alo, careoque ijs  
quando volo, sic auguror,  
satis cruciabitur meus,  
quem verè amicum diligam.

AD HOSPIAM.

Vires deficiunt, quietem apisci  
nec queo HOSPIA. Dic precor quid obstat?  
scio. Dùm tuâ abesse cogor æde,  
me cura jugulant, cor ac venenant,  
agrotat stomachus, latrantem amica  
pascas, sic stomacho dabis medelam,  
et cordi medicam dabis maniclam.



AMORES

GLORIATUR POETA.

**H**OSPITA cui carmen fuerit, non credo Poëtam  
vixisse. Ergò meò carmine primulùm ovas.  
Cognita vivebas nulli HOSPITA inantè, sed omni  
nunc per me es nota, & noscere quisquis avel.  
Dania miratur te cum Germanidos oris,  
aſt qualis nescit patria terra ſcio.

AD HOSPIAM.

**Q**uandò finis erit queris quod te colam amica ?  
quùm pauſam vite fecero, finis erit.

COR HOSPIÆ.

**H**OSPIÆ ego nuper triftis præcordia cernens  
obambulare, hæc protinùs  
capto, me & ut foveant gremiò ore gemente petiſſo,  
illud recuſant illicò.  
Quid tamdèm ? reſte hæc volui vincere, ſed ajunt,  
an cor tenens corpus tenet ?  
corruo ego exanimis. Surgo, ſolvoq; jugata,  
hæc me relinquunt cernuum.

AD HOSPIAM.

**H**OSPITA jër mihi opẽ, gemitus quos, corrige, cernis,  
nĩ cupis ut terram nigra favilla petam,  
præ



## FABRICIANI.

præ te vilescit pulchrâ cum Cypride Pallas,  
à te mi soli palma venit medica.

HOSPI A fer mihi opem, auxiliatricè adde maniclam,  
sic vacuus cunctis exsto Cupidinibus.

Tu mihi sola crucem adnectis, tu sola medelam,  
tu salvare potes, tu cruciari potes.

## DOLUS CUPIDINIS.

**H**ibernò glacialis aura ventò  
spirabat, bijugisq; Cynthia albis  
vegetabatur, ubi meum premebam  
cubile, ut mihi fessa membra somnò  
levarem. En subito gemens puellus  
accurrit. Sibi quid velit, repente  
quæro. Cogor, ait, gelu perire,  
tanti quàm quærant meum dolores  
corpus, frigidulò undiquaq; septum  
flatu. Tum miseratus, hunc misellum  
admissi in thalamum, benignò & igne  
fovi. At pulcror is statim explicavit  
alas, arcum etiam mihi & sagittas  
ostendit. Subitò ista cur (rogavi)  
fers tecum? Rogitas? crepundiorum  
locò dant pharetras, ait, puellis.  
Somnus me interea opprimit. Dolosè  
tuum pectus jaculò ferit meum ille,

C 5

fugitq;



## A M O R E S

*fugitq;. En varias mihi medelas  
amici adplicuere, at impotentis;  
post tandem H O S P I A mi reperta sola est,  
que faustè medicum addidit juvamen.*

### A D H O S P I A M.

**V**ersuum ut exhibeam prelo vis H O S P I A librum;  
*pareo, pro librò si mihi labra dabis.*

### A D E A M D E M.

**H**O S P I A *amas quò me tu, amor hic praeordia  
H O S P I A nì verè me colis, ibit amor. (stringit,*

### B O V I L L O S A L.

**Q**uestio mota hodiè est, quid agas uxore B O V I L L E,  
*respondes, somni gaudia cum illà habeo.*

*Haut puto dormitu effectari savia, quae sunt  
suavia, Chaonijsq; emula turturibus.  
Longè aliud nox haec cupit, ut quandoq; nepoti  
possitis signum esse inclutae amiciciae;  
præsta te ergò virum uxori; sic gaudia carpet,  
gaudia quæ rigida haut Ania dissoluet.*

### A D H O S P I A M.

**I**N me dùm rutilos directè immittis ocellos,  
*luminibus præbes dulcia pabla meis.*

Intui-



FABRICIANI.

*Intuitu pascor, simitū perimorvè, sarisse  
namq; oculi vires clām ferientis habent.*

AD CINNAM.

**D***Vm lacerare genus paritas muliebre, quid obstat  
quod spernens hominis nomina beluæ ames?  
Undè tuos duxisti ortus CINNA? ex sue. Porcus  
pactō etenim hōc grunnit. Desine Porcigena,  
non hominū osor homo, ast sentina & stercus homulūm,  
queis si immersus eris, sibilō ovante canes.*

HOSPIÆ CORPUSCULO  
meo.

**M***irantur simitū stupore multō,  
quodd solus teneam tuos amores  
HOSPIA, ô anima corolla nostræ.  
At scio mihi quūm tuum offerebas  
cor, ad te pariter meum volabat.*

MARTINO FABRICIO  
Winshemio.

**N***on vanis MARTINE strophis tibi tempora cingam,  
necq; indam auriculis murmur inane tuis,  
quodd mea porcinā crepitantia viscera coxâ  
pavisti, patrijs usq; petitâ ab agris,*

*obstat*



## AMORES

obstat enim Cytheraea, obstant tela aspera Amoris,  
obstant virgineò membra locanda sinu.  
Verè hæc quis faciunt Jurisconsultus ut exstet,  
ceu pingi calamò deficiente solet. Jæus.  
Vah quàm libantur sapidissima basia! quid si  
jungere & his vellem cætera? sed taceo.

## AD HOSPIAM.

UT placeant quorum sacrarunt pectori amorem  
turba puellarum, facie cerussa superbit,  
tingitur aut aliò volutùs, oculusq; colore.  
Hæc verule informes; hæc stulta caterva puellum,  
sionè procos capitis; vanò ac deluditis ausu?  
Non mea idem HOSPIA agis, nã frontis adorea tanta,  
ut nullò indigeat pingive linive colore.

## MARTINO RUBACO Coslinensi Pomerano.

MARTINE Astræ non infima adorea Diva,  
& Athenæe Pallados unice amor,  
hèmi mihi, quis penitus nostri penetralia cordis  
concutit, atq; aureis ledit, easq; gravat,  
flamine ut afflatus, Sortisq; atroce volatu,  
cogor ego à membris ire & abire meis.  
Quid queso gravius potis est contingere homullis?  
quid magè cordolium dividiàmq; ciet?

Ire



## FABRICIANI.

Ire tamen certum est mihi, & ire tibi usq; paratum,  
corda tuò hei linguis pendula ab arbitrio,  
nec te suavis amor Venerum remoratur eunte:m,  
lymphæq; nec retinet ANNULÆ ab ore fluens,  
ah MARTINE morare Rubace, Rubace, morare,  
ah, ah, ah, ah, ah nece Rubace moras.  
Sic clamant Veneres, cælum atq; ulularibus implent,  
quòd sis Hercules credo Rubace lapis.  
At cassum. Omnino nam stat sententia fixa,  
ut repetas patrijs mœnia structa v. dñ:  
vade ergò incolumis, Christo duce & auspice Christo,  
FABRICIIq; memor seculum in omne mane.

## DE HOSPITA ET Cupidine.

SOLE sub ardenti mihi amasiola incluta quondam  
quesivit umbram frigidam,  
nec procùl hinc aberant viola, quas carpere tentans,  
exit Cupido protinus.  
exit. At esse suam ratus est sine fraude parentem,  
nec novit hunc mea HOSPITA,  
que læta Aligerum gratis amplectitur ulnis,  
caputq; mulcens suaviter  
non putat igniferum esse DEUM, gnatumvè Diones.  
CUPIDO se captum videns,

lusit



## AMORES

ludit in gremio, atq; acutum infigit acutum  
cordi jaculum mea H O S P I Æ.

Incipit hæc alium clamare. Heu proditor ( ajens )  
tuis necasti me dolis :

hæc mando ex agro sceleratos verte volatus,  
nè claudicare gestias ?

incursim hic coepit risus, subitisq; recedit  
cinctus pharetris gressibus.

Si latet in violis, petit & dumeta Cupido,  
quis tandem erit tutus locus ?

## SUAVI MEO SAVIO.

**P**ostquam nil aliud misello amanti  
dedisti hætenus H O S P I A, an recusas  
nunc pactum dare savium ? labellis  
quid sponsum indere denegas leporem  
mixtum basiolo ? Quid oro cessas ?  
an quod verba dare integrum tibi esse  
reris lege vetante nullâ amico ?  
non credo. At nimis hoc tibi videtur.  
Ergo suaviolô H O S P I A M beabo,  
concedas, rogo, mi, Deas per omneis.

## AD VENEREM ET CHARITES.

Quid



FABRICIANI.

**Q**uid Gratia heic molimini?  
ex floridis conteximus  
concinna fertula herbulis.

At tu Dione quid facis?  
Quaris? juvat me neßere  
rosaceas corollulas.

Cui destinabitis, VENUS,  
vos & sacra GRATIÆ,  
quas texitis coronulas?  
Tuae HOSPIÆ vite anchora,  
tuo HOSPIÆ solatio.

Quid queso VITULÆ meæ,  
LUBENTIÆq; mittitis?  
illa unice te deperit,  
hoc munus ergo mittimus,  
ut rursùm eam bees tui  
amoris aestu vividô.

EXPOSTULATIO POE-  
TAE CUM AMICA.

**D**ùm curæ vigiles meum perurunt  
cor, nec in ihorulô mihi quietem  
ministrat puer, excitator ignis,  
& quæ navisfragô creata pontô  
sevis pectora concutit procellis

cruenso



## AMORES

cruento Venus adjudata Marti.

Tu dormis residens AMICA lecto,  
nec, quod me matie, pudet, senili,  
Et rugis mihi contrahente frontem  
contundas, animo efferò tumescens.

At tandem Nemesis rogata circum  
se se fundet, ita Et subibis illam  
quam digna ut toleres petulca pœnam,  
Et tardam stimulis suis Senectam  
urget, veniet coacta, cana  
ac tremens. Nihil ipse tunc movebor.

Ætatis tibi cura florulenta,  
Et formâ nimum nitente gaudes,  
fidis fluminibus, patrisq, numis,  
prodis stultitiæ Et tunc hoc theatrum.

Disperdet Deus ista, AMICA, si non  
tu fletu redamare mota nostrò  
me velis. Cruciant enim superbos  
Dij, urgentq, tenacibus capistris.

JOANNI PAULLIO  
Wismariensi, de  
URSULA PLEISSANA.

U Ndè suâ adsciscat quæris FANE URSULA nomē?  
Id reseram, dextrè si reserare queo.

Cen



# FABRICIANI.

Cum micat ad BOREAM stellis fulgentibus *VRSA*;  
 sic micat ante alias *VR SVL A* Elistriades,  
 fallor an? ergo mare *VRSA* suo ut prudentior exstat,  
*VR SVL A* erit, conjunx cui sociata manet.  
 Utrumq; esse negas. Postremum ideò auguro, forsàn  
 in tribus his tamdè, quod tibi consonum, adest.  
*VR SVL A* ab urendo, fulgore suo ustulat omneis,  
*VR SVL A* lux juvenū est, *VR SVL A* crux juvenū.

M. HENRICO WARENIO  
 ἀδελφωτάτῳ μεο ἀδελφῳ.

Cum serie juvenum mistas volitare puellas  
 hausimus hesternò vespere uterq; oculis.  
 Ecce novò aucupio heic sibi quis sociavit amice  
 Oscula ad alternos sueta resucta animos.  
 Atq; heu vix summis libârat savia labris,  
 cursim emti ut rursus portio amoris abit.  
 Disco ergo, nequeant vendi quod saccarò amores;  
 Verus enim est saltim, si quis inemtus, erit.

M. ALBERTO WICHGREVIO.

Aspèctans Lybo nobis quos fecit Amores,  
 attutum hos omni cerno carere sale.  
 Annè nova est potè quis peregrina poemata tudens  
 ( Si modo Rubeo credimus ) ausa dare?

D

Sane



## AMORES

*Sanè id quod concitat Phœbeæ nescius artis,  
VVICHGREVI ut tergant auguro digna nates.*

IANO BURMEISTERO  
Lunæburg.

**B**urmeistere mihi quotiens mea concitat ignes  
Hospia, suaviloquò tale dat ore Venus:  
**O** mi oculo, ô mi anime, ô subluſtris gemmula vitæ,  
dum vivo FABRICI, vitam etiam ipſus agis.  
**P**rotenus exſurgens mitto has rurſum ore loquellas:  
Phæbi ubi me orſa regunt eſt procul omnis amor.  
**H**aurit at hæc Veneris Pullus. Transverberor arcu,  
et liſtò Phæbi dogmate Cypriam amo.

IOANNI FABRICIO  
Rostochienſi.

**T**itillatæ olim corclum exſultabat ELISSÆ,  
ſenſit pruritûs atq; ita luxuriem;  
**N**unc fellata gemens uterum exſecratur, & omneia  
Diti obſerre parat triſtis amaſioloſ.  
**H**æ dementi animò quid cœptaſti antea ELISSA,  
fata ut jam ſubigant triſtia tripudium?  
**I**mbrica tempeſtis ſic & lata omina rumpit:  
Non diu enim Veneris rancida furta latent.

*Ad*



FABRICIANI.  
AD AMICUM DE ANCILLIS  
LEUCORREIS.

**M**ajorem annē sibi Virgo coācervet honorem,  
an SERVā anquires scire? Ita ego esse reor.  
Publica si res sit multorum incurrit ocellos,  
quīs ubi ea adridet, omnibus expetitur:  
Magnō atq; actutum libratur momine, inantē  
quod vix hili etiam pondere nobile erat.  
Sic est, Rem privam faciunt sit publica SERVÆ  
Leucoridos. Talī satnē c.uant opere  
delica, amicorum gemma incluta. Delico idem ipse:  
Majorī servæ strenuitate valent,  
tale ineant quia iter, quod patritiæ ire tremiscunt  
pruritus coeptant quando levare famem.  
Maſſæ animō hōc SERVÆ, laudum magmenta feretis  
Scilicet, an fallar nescio, VIRGO FUIT.

PLANCTUS POETÆ.

**S**ym latus fateor fatali cuspide Amoris,  
Et tūm plus crucior, quūm magis excutio,  
necq; venenatō, magē corda obnoxia haberem,  
telō Arabum quamvis hæc mihi quassa forent.  
Nil Cretense juvat Dictamnum excerpere agellō,  
vellere quō cervus ferrea spicula solet;



## AMORES

*hæc enim Achillæâ quasi vulnera cuspide facta  
sanare eximie, qui dedit illa, potest.*

## HOSPIÆ LACRUMÆ.

**N***uper ut incesso nostræ inconstantiam amica,  
incursum illius fletibus ora madent.  
Quod penitus speciens lacrumarum & profluit imber,  
qui tandem cessans obrigit glacie:  
obstupui. actutum glacies mutata favilla,  
quæ magis accendor, quam Vesuvius apex.  
Quid captabo igitur, lacrumæ, quas fundo, gelascunt,  
sicq; favilla gelu, fervidus ignis aqua.*

## ANTONIO BURMEISTERO Lunæburgensi.

**C***ujus subsidys servor mihi plurima spondet,  
& vult ut vivam lumina vitæ ut habet,  
nescio, si crucior Veneris stimulatus ab arcu,  
solus corda miser saucia amore gero,  
sicq; ardesco iterum, exodium nec sentio flamæ,  
atq; unde existat vix scio primulum amor.  
Si cruciare meum gaudes Erycina cerebrum,  
sic tela in nostræ corcula amasie eant,*

voti



## FABRICIANI.

*voti ubi compos ero, adficiet par vulnus utrumq.  
& lucrum lucrum, damnaq. damna dabunt.*

## AD ACTÆONA.

**N***Udam Gargaphiæ Dianam in arvō  
vidisti, & canibus repente factus  
Actæon cibus es. quid ingemisco?  
me fatum illud habet, dolore pressor,  
qui meis penitus jacet medullis,  
dum nostræ HOSPITIÆ in arva tendo gressus,  
hanc specto lavere ab tenella membra  
undâ frigidulâ. quid ingemisco?  
me fatum illud habet, dolore justō  
premor, qui penitus vorat medullas.  
Ast me faustior es, semel necatus  
Actæon canibus. sed heus diebus  
singulis decies necor, quid inde?  
nil quam dividiā capeſso, & ignem,  
quō pullus Veneris mea urit ossa.*

## FATUUM RESPONSUM.

**S***implex puella reddidit virum semel  
amplexum haventem compotem voti sui:  
illō sed intumescere ut ventrem videt,*

D 3

celare



## AMORES

celare quod tegebat haut potuit onus.  
Quæsivit ergo sollicitè causam parens  
obtemperasset cur malignis suasis?  
hæc protenus tali ore sensa animi explicat:  
Non credidi repente posse oriri onus  
tantum, ex pusilli corporis tactu unicò,  
quod fingere vix sculptor valeret totius  
anni spaciò. Sic stulta naturam stilo  
cælantium putavit esse consonam.

## POETÆ SACRIFICIUM.

**N**arcissum Cereri, Silvano sacro Cupressum,  
Iuniperum Phæbo, murtum Erycina tibi.  
Alipedi vitulum, vaccam mactabo Minervæ,  
Titani gallam, mitto Laetæ aquilam.  
Sic victum accipiens rigidum sum frigore tutus,  
ut Phæbi & Veneris gaudia honorus agam.  
**MERCURIUS** genium, genio auxiliumq; Minervæ,  
Sol vitam, & vitæ dona Laeta dabit.

**DAVIDI PANTHALEONI**  
Labacensi, fratri meo principi.

**S**tat patrios repedare in agros sententia firma,  
pendenteisq; meò linquere ab arbitriò,

me



## FABRICIANI.

*me namq̃ HOSTIÆ agunt ignes, qui corda venenant,*  
*atq̃ illa effectant instabili esse locô,*  
*ergò quid incœptem, mibi quàm sit abire paratum,*  
*cernam ut amasiolæ an suetô in amore micem,*  
*Vivite Leucorides, Veneres vernateq̃ Elistri,*  
*forteàn haüt iterùm conspiciendus ero,*  
*culta Catena vale, vale Anna, vale Vrsula, Elisa,*  
*vive Maria, vige Martha, Beata vire.*  
*Vos quoq̃ Coricidum carissima peſtora Amici*  
*non finite externô ut sentiam in orbe male,*  
*Bartschi, Hufvedeli, Vorsti, Dayere, Rubace,*  
*Bromniti, Burmeister, & Isolde, Stati,*  
*vos Spindlere, inquam, Spenlin', Balduine, Fabrici,*  
*Tuchere, & præsens quos dare charta nequit.*  
*Vivite, mnemosynon servantes entheum amoris,*  
*quòd vos adjunxi charteo AMORIS agro.*  
*Sic mibi non grave erit, gelidô pænè axe moriri;*  
*Sic innox lætus Ditis opaca petam.*

**IOANNI SCHARFFIO**  
 Uratislaviensi,

**SCHARFFI** Heliconiadũ salve primarie mysta,  
 & me, ceu cœptum, flore animato tuô.  
 Sic gratus gratô ore iterùm dignabor amore  
 te **SCHARFFI**, ut nostrô carmine perpes oves.



## AMORES

*Nam meus es, donèc stamen confecero vitæ;  
sim tuus, ut vivus rexerit ossa calor.  
Adfinis vocitor: verè vocitābere talis,  
in mea quando soror sponsa capistra ruet.  
Este mihi auxilio præbete iuvamina Musæ,  
sum vester, castos effigiate thoros.*

## AD ALEXANDRUM SONNLEUTERUM.

**V**irginem ut exornet versu, quam fata iugarunt  
SONNLEUTERE tibi, Musula nostra, ro-  
Exsequerer tua vota lubens, nī viribus impar (gas.  
mī sacratum esset nomen in arce Gnidi.  
Vix siquidem esse homini puto possibile illa referre  
dignè, quæ Divūm stant generata satu.  
Parce ergò, Catharam si non mea metra venustant,  
parce, Homo enim Divæ laudi inbiare nequit.

## AD HOSPIAM.

**O**mnia lætantur, quū oritur phæbeia lampas,  
vitulat & fetus veris in orbe tepor:  
omnia tristantur, Phæbum quū tegmina opacant  
Tethidos, atq̃ salum dura tegit glacies.

Sic



## FABRICIANI.

Sic & ego exsulto, ut tua contuor *HOSPIA* membra,  
sola etenim medicam mi potes addere opem:  
sic & ego innumerâ curarum immergine pressus  
tristior, ut à nostris vis remeare oculis.  
Quando, *Amat* *husiada* tamdem exornabor amore,  
quò *Puer* illius te in mea strata trahat.  
hà numquã, hì numquã infelici etenim oscine natus  
angor dividiã perpes & invidiã.  
*HOSPIA* quis nostros dextrè lenire dolores,  
*HOSPIA* curarum quis relevare situm.  
Quid cessas? properanter adest, sibi cuspidem acutans  
Morta, meo ut cordi infigere jacta paret.  
Adffer opem, fer opẽ *HOSPIA*, adorea frontis amana,  
nec tibi sit lucro, quod mihi damna duet.  
Sic sacrabo iterum sarti penetrabile tì amoris,  
*Eumenidum* & laticeis te comitante petam.

## Pro valitudine *HOSPIAE*.

**H**ic ferte *Ardalides*, *Cupidinesq;*  
& diæ *Veneres*, *Facetiæq;*  
gressus; hæc subito capeffite arva;  
nam mea *HOSPIA* suavior liquore  
mellis, charior omnibusq; nervis,  
morborum cruciatibus tenetur.  
Quid prodest facie micans rubedo?

D S

quid



## AMORES

*quid splendor generis vetustioris ?  
quid mores animi venustiores ?  
Nam nihil creperò videmus orbe  
jàm, quod perpetuò virore crescat.  
Adeste Ardalides, Cupidinesq̃,  
adesto Hippocratis phalanx, adesto  
Galene, ò medicæ corolla turmæ,  
huc adcurrite: Si quid est medelæ  
sub Sole, en emite, & statim admovete,  
quò vostram per opem illa convalescat.*

IOHANNI TUCHERO  
Berolinensi.

*Sunt tria, que mentem cruciabilitate venenant,  
sunt tria quæ exhilarant, HOSPIA, IACCHVS, A-  
ergò aut perpetuâ curarũ adspergine tangar, (MOR.  
tempore vel nullò tristia fata gemam.*

AD UDALRICUM CHY-  
TRÆUM popularem meum  
hant popularem.

*CVR Chytræ meò quænam stet carmine vivax  
quæris puella, En auguror*

*forte an*



FABRICIANI.

forte àn infliges sapidissima ei oscula. sed heus tu  
vix orbe totò hanc repperis:

HOSPIAE enim prosper mihi dummodò fauerit aether,  
mutabitur nomen scio.

Ceu Lanterbach I mutata est SVAVIA, Posth

BLANDINA: sic mutabitur

HOSPIA, quò verè CHATHARINA mihi hospita fiat,  
aut ANNA, vel quoq; MARGARIS.


AD EUMDEM.

I Gnoscas mihi, quod locò libelli  
mei posteriore sis locatus,

CHYTRÆE Ardalidum venusta gemma,  
nominis patrij & decus peremne.

Namq; imis animi mei latebris  
fixus, pectoris usq; ovas medullis.

Sic reor potius, libelli habere  
situm posteriore parte, primum  
corde. Innubî igitur capeffe voltu,  
quod dono, Aënidum jubar Chytræe.



IACO



HONORES



IACOBI FABRICI P. C.

honorum liber

Primus.

SEV

LUSUM IUVENILIUM

foetura altera.

---

CHRISTO FONTI SALV.

TIS NOSTRAE.

**R**e ego dum cogor tenebrose noctis in horis,  
me Christe clemens protege,  
ne mihi latronum lanient fera spicula vitam,  
fiam aut lupis obnoxius.

DIVO RUDOLPHO II.  
Romanorum Imperat. P. P. Hungar.  
& Bohemiae Regi &c.

**I**nter quod strepitus belli, Invictissime Caesar,  
Musarum & Charitum dogmata tersa probes,  
delicat hora omnis, Phæbo quâ deditum alumnum  
efficis, ut summô lauri in honore micet.

Gaude



FABRICIANI.

Gaude ergo eternum Germania, vindice tali  
jam cum Bellona barbara corda ruunt.

Generosiss. TYCHONI BRAHE  
ingredienti Vitæ-bergam.

SI nunc Oeagride mea tempora cincta vireto,  
cicnæum dulci concinerem ore melos,  
in tua se incursim quando insinuare frequentat  
corda, Tycho, Eurynomes nobile delictum,  
dum Vitæ-berga, comto stipatus acervo  
cultorum Vranies, tecta subire paras,  
en large saliant septena volumina olympi,  
insuetâ bellum carmen & aure tonant,  
usq; magè atq; magè attentant se inflectere, orantèr  
aptari optantes lumina plura sibi,  
quæ claram spargant terrestria lampada in arva,  
omnibus ut pateant dia tua ora viris:  
Ampliter indigetant Populæ te examina cuncta,  
humani generis suaviolumq; Deum:  
Turba sonat juvenum: Lucem hanc pulcerrimus  
ornet  
unio, sitq; ævum thure meròq; sacra,  
quâ primùm ex celsò veniens Amathusidos axe  
visus es in terræ sede locare pedem,  
O me-



## AMORES

& meritò. Nam quod pulcrum ac laudabile ahenis  
 servârat clausum clavibus arca Iovis,  
 omne tuum intravit purgatum acidissimò acetò  
 pectus, & effictum doctè adamante manu.  
 Non etenim solùm rigidas infringere leges  
 Parcarum nosti, millia mille hominum  
 unguibus ereptans Mortæ (stat Dania testis)  
 ingravidâq; iubens ire Charonta rate;  
 verùm etiam terræ immensos trutinando recessus,  
 nomina lativjs Oceani addis aquis,  
 & supra ornatum stellanti sydere olympum  
 scandis olorinò remigiò Vranies,  
 quæ te solemni mactavit adoreâ, ut esses  
 clarus in ortivis Hesperijsq; plagis.  
 Ergò ô Aoni phœnix rarissime cætus,  
 & perpes patrij laus, columenq; soli,  
 salve, atq; exactis curarum è corde tenebris,  
 me dona rursùm pacis amore tuæ.  
 Atq; ut nonnumquàm puerilè carmine Divi  
 gaudent, æthra illis quamquàm epicò axe sonet;  
 Sic mea quæ cecini cordata melismata lenis  
 suscipe, nana quidem, at non pietate carent:  
 I felix, Boreæ careant ac flamine cæli,  
 tædiaq; adreptum nulla morentur iter:  
 Vnicè id exopto, succedant omnia votis:  
 Orbis amor mancas, orbis honor vireas!

NICO.



FARICIANI.  
NICOLAOREUSNERO  
I.C. clariss. P. L. Comiti  
Pal, Cæs. &c.

**H**A quô nunc Bavius Maronem honore  
cæptabo decorare? quid vicissim  
pro donis referam mihi dicatis,  
Reusnere ô Themidos corusca gemma,  
vates, atq; sacri comes Palati.  
Non Mydæ aurea cernere est fluenta,  
cujus nec valuit rapacitatem  
vel Lydi satiare gaza Cræsi,  
nec mihi Antiæ opes acervat arca:  
Quid ergo incipiam, dùm Apollinarî  
nostrum verticem agis corollâ honorum,  
Poëtæ attribuens mihi sonora  
nomina. En Charitum venusta triga  
adplaudit tibi, & Aonus Cupido  
nectit metra tuis dicanda cæptis.  
An metrô efficitur, cupit quod alter  
argentô, aut radiantî onustus aurô?  
Sic metrô efficitur, capit nec alter  
argentô, aut radiantî onustus aurô.  
Quos ergo incipiam sonos sonare,  
quis Reusnere tuo adjugem decori

deco-



## HONORES

*decorem Hesperidum petitem agellō.*

*Non me Demophoontis ustulabit  
aura: nec malegrata mens subibit,  
ast gratō ore colam tuos recessus,  
meaq̃ adsiduò tonabo voce:*

*Reulnere Ardalidum jubar, Themistos  
gemma, atq̃ usq̃ sacri comes palati,  
verna, vive, vige, vire, valeq̃.*

*Sic tandem Bavius Maronem honore  
cæptabit decorare, & æstu amoris  
vividō. Tibi quod si ita & placebo,  
certè sat mihi & usq̃ & usq̃ plaudam,  
moraborq̃ nihil malos susurros  
natorum oscine nigricanti, & omnem  
ridebo quoq̃ criminationum  
scævam congeriem. Tibi placebo  
si soli, sat erit mihi, & triu. fo.*

### M. ANTONIO MOCERO

*U. L. P. P. in Erfordianâ  
Academia.*

**M***ocere ô Venerum, Cupidinumq̃  
quis ævi imminuit Senectâ canens,  
jubar, Coryciæ belluq̃ lymfæ*

*ebrie,*



FABRICIANI.

Ebric, Eurynomes comesq, triga.

Quid quaso Bavium Maro favent,  
cujus nec faciem exputasti inantè,  
nec spèxti, redimire amore coeptas,  
Mocere ô latia corusca gemma,  
simulq, Argalica decus loquella?  
Quid ignota faventia aurâ honoras  
corda? verum amor hem quid aestuosus  
non ausu? Meus es, meus manebis,  
fac rursum maneam tuus Mocere.

Subsultare meum cor usq, fibris  
tentabat mihi primulâ horâ, amicè  
ut vultu potior tuò Mocere,  
saltabant Dryades, Cupidinesq,  
saltabant nemorum accolæ Napææ,  
Lutheri ut castâ, thymòq, digna  
prò casa ingredimur sacros recessus.

Sic jam dispereunt stetere quæ antè,  
Nil firmum, inviolabile, aut perenne:  
Lutheri casa pullulascit oro,  
eternum & vigeant Lutheri amici.

Hæc visâ speciunda das theatra  
librorum innumerum referta gemmis,  
de quib, si inciperem tibi profari  
verbulum, exodijs labor careret.

Gratias tibi ago ergo, Amice, gratas,

E



## HONORES

ob terræ patria facem Chytræum,  
quod hoc me redimiveris favore;  
innubis capito & tibi vicissim  
quæ cernis data metra frontis æstu  
Mocere, Aonij belluo fluenti.

## JUSTO LIPSIO NATU- RÆ MIRACULO.

**L** Ipsi medulla purioris Gratia,  
Fili Deorum, cor Suada, Phæbi amor,  
dum contuor tuos ocellos protenus  
stupefco, sanguis & linquit præcordia.

Humanam enim tibi hæc inesse conspicio  
frontem. Deus certe es. Læta ipse ingemit,  
Moneta flet sacro in Cithæronis jugo,  
quod priva cunctis arca sit Fratris bonis.  
Nam plura habet tibi indere, at Fatum negat,  
Lipsi, medulla Charitum, honor Divum omnium.

DAVIDI CHYTRÆO  
Theologorum & Historico-  
rum lucifero.

**E** N Chytræe mea salus Camæns  
enixum juvenantium laborum.

Ianu-



FABRICIANI.

Innab? accipe voltu, & ore amico,  
 si quâ luxurio insolentiore  
 metrô, ignosce. Idem enim dedere inanti  
 Vatum lumina Strozij, dedere  
 quin & multi alij. Politiores,  
 majori ingenio feraciores,  
 majori ac genio venustiores  
 brevi tempore buccinabo versus,  
 ô Chytræ meæ salus Camœna.

NICOLAO REUSNERO

Jcto, Oratori & Poetæ, sacri  
 Palatij Comiti &c.

ACROSTICHIS decussatim  
 ac columnatim N. REUSNE-  
 RI nomen referens.

Non vanis tibi Nostra strophis Reusne Re loquētū R  
 Iubila Iucundi Incepta ominis ore Et honor E  
 Corycides, Cūm Condecorare t Vum Vigidō aus V  
 Occæptant iter ( Ofax splēdē Sque orbi S ocellu S  
 Lativij) dūm L æti EN vo L tus lumi NE amæ NE  
 Ad Sale Reme As sacratum Agrū, o R e fatentū R  
 Virtut V m choro V nanimī, Sol Lunaq V e nict V  
 Sollemnī cuncti S quod laude ornandū Ses hori S.



HONORES

Distichon  $\kappa\tau\iota$  τὰ ἡράματα παλινδρομοῦ  
ut illud : Signa te signa &c.

**A**ura subi. Cultis oro sis lucibus aura.  
O votis da te. Res seret adsit ovo.  
Aliud in Musarum laudem.  
Si benè te Musis sanas, si, sume, tenebis,  
mitis ero, ore geras, à rezero ore sitim.

NICOLAO WILBRANDO  
Jcto & Philosopho eximio.

**A**stræ & Sophies decus perenne  
VVilbrande, accipe quem dedere fatum  
nympha Fabricij, tibiq; ubi illum  
probari experior geram triumphum.  
Nam gratum specio mei laboris  
fructum, si decus elegantiarum  
græcarum, & Latij simul sonoris,  
Dicesq; ac Sophies jubar venustum  
adprobat, mea quod Camæna fecit.

SALOMONI FREN-  
CELIO P. L. Comiti pa-  
latino Cæs. &c.

**G**Audete Aönides Cupidinesq;  
& quidquid Venerum est venustiorum,

gaude-



# FABRICIANE.

gaudete, atq; animò suaviore  
carmen excerebrate vstro amico,  
vstro Frencelio, duciq; vstro,  
fatum delicijs, lepore factum:

Gratulamini ei novos honores,  
quos diutius in aulâ orat Rudolphi,  
gratulamini & explicare vestram  
jojo latitiam alioque voce.

En ille ille hominum, ille & ille Divum  
suave saviolum, ille Mundi ocellus  
praestes Corycidum audit, & palat  
comes Caesarij, ac jubar refulgens.

Gaudete Aönides, Cupidinesq;  
& quidquid Venerum est venustiorum,  
hòc jam vindice ovate tutæ ab omni  
scæva barbarie nigrò popellò:

Hòc Saturnia secla trans freta acta;  
ad nos tendere iter parant vicissim:  
Hòc duce omnia sarta tecta vernant  
Musarum allegijs, fidesq; humata,  
Pandore arca manu ut potente aperta  
prolis Jäpeti, in domos meare  
nostras incipit. Ergo huic perennis  
vitæ Castalides date usionem,  
vstro Frencelio, Deorum ocello,  
vstro Numine honorò honore honora.

O si Piëridum meraciores

E S

indeptus



## HONORES

indeptus laticeis, jugi & stupendas  
 bicornis phialas, sonore suavi  
 huic ipsi ire etiam obviam hauri fracerem.  
 Sed quid? Frencelio omnia indidisti  
 labra Musica, nil mihi ut relictum,  
 meam iccirco vicem subi Thalia,  
 barbitōq; micans Apollo, amico &  
 vestro, deliciō ac lepore plenum  
 carmen excerebrare sit lubido.

Gaudete Aōnides Cupidinesq;  
 & quidquid Venerum est venustiorum.

## M. MARTINO BRASCHIO

### Poëta & Philologo.

**B**Raschi, Pterice columna turme,  
 ultrō cui cithara sacrant leporem  
 Phœbus, & viri ubiq; cultiores;  
 Quos tibi hendecasyllabos Poëta  
 bono Fabricius malus Poëta  
 dico, innubū animō, peto, capeffe,  
 me simulq; tui virore amoris  
 amicissimō amare amice cœpta.

Ignotus fateor tibi, aſt manebo  
 notus, ſi mihi januam faveris  
 tui fauſta Antia diſcapedinārit.  
 Nō eſt quod dubitem, Deo litamus

uni



# FABRICIANE

uni, Corycijs novem & puellis,  
quin inter numerer tuos amicos,  
tuas delicias measq; dicam  
horto ex Hesperidum probe petitas.

Nam te, si veterum memor calorum,  
modò Thessaliam, modò Lacones,  
modò Cea reviset arva Phœbus,  
aut Delphis dubijs futura pandet,  
priscarum decus elegantiarum,  
novarum decus elegantiarum,  
& Graja & Latia decus loquella,  
& quantum est virum ubiq; cultiorum,  
emisso vocitabit ore gaudens.

Quid ergo superest, meus vigebis,  
dum stella in rutila vigebit æthrâ,  
fac precor vigeam tuus vicissim.

Macte his, & tibi quos vides phaleucos  
pennâ prapete amice nunc aratos.  
malè atq; inlepidè, meos phaleucos,  
lubens accipe, quaecunq; munus,  
nostri μνημόσυνον fidele amoris,  
Braschi Pieria columna turma.

M. JOANNI SIMONIO  
Oratoria P.P. Rostochij.

**D**estino Simoni nostrum tibi epigrammata Amorū,  
destino, verum animo ut candidiore legas,



## HONORES

*Sic mea vota super stellantia sidera scandent,  
quod iua cassa omni clade theatra fuant,  
quam portentifico spirans Morta horrida ab ore  
tollere moly etjam nobilis herba nequit,  
nec tot olens species Mithridatis synthesis abdet,  
quum fiat solâ sana prece Ardalidum,  
quis dum jugi animo Simoni ab utrâq. litamus  
parte, scio nobis prospera secla dabunt.*

M. FRIDERICO TAUB-  
MANO P. L. Poëtices in Leu-  
coreâ P. P.

**G** Audent carminibus tuis Camœnæ  
Taubmane, imò etjam boni maliq.  
Quid hinc auguror? En clues Minervæ  
aiq. ejus comitum jubar perenne.  
Non exhile etenim est simul placere  
doctis & rudibus, bonis malisq.  
Taubmane his animis super triumphas,  
& centum capies virorum amorem,  
quos Taubmane tuis metris venustas.

EIDEM.

**T**aubmane Aônia chorage turma,  
quum scribis rutilans stupefcit æther  
carmina. En mea Musa te emulari

*gestis*



FABRICIANI.

gestit. Mutam etenim & reapse vivam  
appello similitu tuam Camœnam.

M. MARTINO TEUCHMA-  
NO civi Lipsiensi, Dicastorijque  
ibidem Advocato primario.

Fit debitum, quod sponsionis omine  
unâ vice exstat pollicitum. Quid impedit  
quod sit minus mihi, quam stipulatus, debitô  
pluma adjugata? Me bea optatô meô,  
sic cinctus & Lauru, & viretô plumêô,  
Parnassô havebit interesse virginum  
Phœbus choro, buccellulam infligens ijs.

Mibi adferas plumas, canore te novô  
tuosq, sic dicam, obvium nihil sonans  
Teuchmane, cunctum & per virum ora differam.

ACROSTICHIS nomen M.M.T.  
conjugis & liberorum habens.

Martine Astræe quem Maxima cura corona T  
Ausoniûm tibi quæd Ant Corycidû Agmina cern E  
Ritè ac his rogi To ãnue, & Adsiduû G ere volit V  
T u vestri Incipiet Musa THalam I or Dia, done C  
I ncluta Resit Abut Anni exodi Aipsa, repêrê a H  
N umê q ut m Anda Re RI gore iN Laude verêduM  
Vult, pereunt prorsuM. IAmNA vVSEburnea sceptr A  
Servato Themidos. Sic Addei N ominis ome N.

E s

M. Jo-



HONORES

M. JOANNI STURMIO  
Philos. sanioris Gryphiswaldiæ  
P. P. Rostochiô abitu-  
rienti.

**V**irtus triumphans oscine prospero,  
Sturmi, corollam inponere haret tua  
fronti, omne, quodq̃ eternat ore  
Calliopes penetrare, plaudit,  
dum mactus usq̃ atq̃ usq̃ magè & magè  
vivace famâ tendis in æthera,  
trahisq̃ tecum quæ Stagiri-  
ta antè habuit Sophies ocellus.  
Fraudentur an sic auspicijs tuis  
Roseta? mæstis siccine planctibus  
ducenda vita est? Parcito trux  
aucupium renovans Promethei.  
Sic segne numquam natus in ocium,  
hecq̃ in soporem, limine patriô  
longè relicto Gryphica intras  
mœnia, fœta lacu Hippocrenes.  
Triforme Numen te gravis occupat  
torpor, virentis per juga Libethri  
quamvis oberres. En tua ausa  
prosubigant Acherontis amnes.

Cia



FABRICIANI.

Cūr non Deorum cordibus inditos  
tuis tenere in vallibus expetis,  
verūm extera ut tranent in arva  
das animi asperiore mente?

Hā quā inlubentē Sturmī animā ō mea  
ab portione abscedo! oculi genas  
rigate fletu, atq; universos  
supplicium subeat per artus.

Migrare tecū me fac ō optime  
amicū ocelle, & te ad Lybiā sequar  
siticulose terrae arenas,  
sydere Hyperboreōve Thulen.

Hā obstat asprō pumice Divula  
lactans homillos Eumenidum soror,  
tui invidens mī jām ora amoris,  
heu tumidum, timidumq; Fatum!

Ergo vale, ō ter-suave caput vale,  
gressu ac secundo, quō tua te vocat  
virtus mea, Fors & serena,  
corq; animumq; tibi meum apta.

Talem in tuō cœpto ecce abitu atq; itu  
inponere aris victimam, eō oscine  
non lactis obbas, non volucreis,  
non mera, non vitulum, nec hircum,  
non ibura, non mel, non strophia inferam,  
sed cor meum, quod victima havel mori,

quādo



## HONORES

quàm Sturmiij privari amore. Hæc  
sit tibi victima grata Sturmi.  
Jamjâm pede intra Gryphica culmina  
faustò, & fidelis dogmata in arduis  
nodis Stagiritæ voluta  
delica. Erit tibi honor perennis.

JOANNI-HEINRICO à  
PROMNITZ.

**Q**uos verus conjunxit amor, dissolvere nullò  
tempore paupertas iristuesve potest.

JOACHIMO POETERO-  
vio Reipub. Rostochianæ  
Secretario.

**D**um patrij sinuosa fori Joachime volutas  
negotia ausu sedulò,  
in Erycina thori castum penetrare capeffit,  
beatq; prole vividâ.  
Macte animò hîc. Fova ipse tuos felicitat ausus,  
ut parvulas superstitat.  
Hic quem cœpisti versum tibi compleat oro,  
quò cerno junctim Filias:  
Anna atq; Euphrosyne, Regina, Benigna, Bea-  
sequens capeffat Filios.

(ra,  
Ince-



FABRICIANI.

*Incipium ecce tenes. Fova exodium dabit. Euge  
vige, ut vigescant jugiter.*

M. CHRISTIANO SE-  
VERINI Longimontio,  
amico sinceriss.

**C**hristierne Vrania maxuma adorea,  
quum voluüs habitum contueor tui,  
miror. Sint Superi conscius & polus  
testes, cujus habes dogmata cognita,  
ac postea in proprio sidera climate.

En te Varniaci fluminis accola,  
per silvas virideis grataq; pascua,  
amplexatur amor, perpetuum manens,  
atq; aureis volucres exhilarant metrò.

Meme fata prement aspera & obruent,  
dum cogor patria culmina relinquere,  
& longè petere hinc oppida disita,  
que Gallus placidò numine temperat.

Me ventus miserum concutiet sud  
imbre, atq; ora premet languida nausæ,  
quando navigij transstra petam mei,  
me fluctus resoni murmura conterent.

Ergo Fabricij sis memor ô tui  
Christierne, Aënidum gloria maxuma,

oratio



## HONORES

orato Superos utq̃ Hyadum mei  
non cernant oculi lymphica sidera:  
Saturnus placidè hanc ipse regat viam,  
nec Solis radijs officiat suò  
aspectu oppositò. Tu Superos move,  
quò donent niveum mî positum poli.

Postremum incipio. Protegat & regat  
me, cœptasq̃ vias astripotens Deus,  
sint cura procùl, atq̃ hispida toxica:  
Adsigno astrifero cuncta polo mea.

## AD ALEXANDRI à BOTH- MAR Equitis Saxonis insignia gentilitia.

**B**othmare Ardalidum virens corolla,  
& vivò studiò Themistam honorans,  
in me se insinuant Deorum ocelli,  
quandò insignia tî dicata volvo.  
Et primùm ut duplici colore cerno  
nomini decus additum hoc stupefco;  
navicella etiam huic, quod augurabor,  
testamen fidei sacrum adjugabit.  
Namq̃ heic, quòd penetras polorum agellos,  
verè cœruleò probas colore.  
Hinc polò genitus, polo & dicandus

Bothma-



FABRICIANI.

**Bothmare indigetaberis decenter.**

*Maſte ergo ingenio feracior,  
exemplum generis vetuſtioris,  
& ceu ſyrmate turgidus ſupino  
pavo, mentem animi venuſtiorē  
delicat: tuō ita uſq; honore honorus  
reapſe Ardalidum virore nides,  
Unde & candidula in tuos reſſus  
ſe dedunt Domina, ut colore vernas  
candido Themidos decora gemma.  
Candor candidam enim decet cohortem.*

**M. GEORGIO CREME-  
RO Lipſienſi.**

**I***nſer Ariſtoteliſ, Ramoꝝ umbrata theatra  
viroſo bellum ſerius angue alitur.  
Dogmata Philoſophi vera hæc, pars altera nugæ  
defendit Galli. Tunc Cremere ſiles?  
Surge atq; exſtirpa ſquallores, quos dedit umquā  
pendula plebs, ceco & ſac ruat impete humum.*

**IN NUGIGERULUM.**

**V***aſa ubi dant nomen Vati, potuſq; Poëta,  
credo ego, quod Vates ſiſq; Poëta bonus.*

**MVSA-**



H O N O R E S  
MUSARUM OFFICIA.

**S** Emideos Clejo describit c armine Regeis,  
Melpomene tragicô gaudet honore frui.  
Induit at soccos formosa Thaleia decentes  
Euterpe flexô personat are melos.  
Terpsichore resonas percurrit pollice chordas,  
Terrenis Erato perfruiturq; bonis.  
Carmina Calliope tractat, Polyhymnia gestus  
Rhetoris, Vranie sidera celsa poli.

JOANNI PAULLIO  
Wismariensi.

**E** St aliquid juvenem cognoscere praelia Martis,  
& fera belligeras indere in arma manus,  
pulcrius at meritô censetur inire Minervæ  
castra, atq; Aoniô tingere fonte labra.  
Namq; suis præbent Mavortia murmura alumni  
gaudia, fulmineô mox rapiunda globô:  
Constructa ex Pariô perduntur marmore tecta,  
circum ea si cæpiat texere aranea opus.  
Durat at ingenium, quod tegmine Pallas obumbrat,  
Cecropiæve arces, Romulidumq; foci.  
Gaude ergô Paulli, intrepidô qui poplite curas  
Pallada, & Aonidum cui genuinus amor.

M. AN-



FABRICIANI.  
M. ANDREIÆ EMME-  
NIO, Budissino.

EMmeni hauri vanò strepitu tibi tempora cingam,  
necq̃ indam auriculis murmur inane tuis,  
sacra Mathematices, anfractibus obruta mille,  
ut privas scavis Bambalionum adytis,  
commonstrasq̃ adeò, quæ portenta hispida spirant  
heu celi nimirum signa inamabilia!  
Astrologum ac valeant quid templa atavita revelas,  
illorum & sacris quanta adhibenda fides?  
Euge tibi adplaudit tellus, violaq̃, rosaq̃,  
entheaq̃, ex altis sibilat aura jugis.  
Quin Erycina etiam trigâ Eurynomes stipata  
te circum, fetusq̃, unguine tangit Amor,  
nescio enim undè Hybled habeas magè dulcia melle  
verba, & Acidalijs ebria saviolis.  
Perge ita, prosperior genij ingenijq̃, leporem  
vestire, & patriæ urbis decus, orbis eris.

M. JOACHIMO RADE-  
NICIO Rostochiensis.

QVum varios exanclâris Joachime labores,  
claustra Novemsilium quò tibi aperta forent,  
confertur dignè jam nomen honosq̃ Magistri,  
quîs famens parites usq̃ novam atq̃ novam.

F

Maß



HONORES

*Maſſe hâc virtute, & deſponſas gnavitèr arteſ  
eripe barbaricò, qui premit uſq; ſitu.*

M. CHRISTIANO SEVE-  
RINI Longimontio..

**D**Vm myſteria Chriſtiane pandis,  
quæ doctrina tenet Triangulorum,  
Quis nòn ob genij ſtupescet alta  
inventæ? Vrania dicata proles,  
quis te nòn canet æthram in uſq; tollens?

Hæc omni fuit implicata quondam  
anfractu tetricò, & gravi labore,  
utenti Sinibus, Secantibuſq; ,  
illos Multiplicando, Partiundo.

Verùm jàm removes, Amice, cuncta  
clivum dogmata computationum,  
ac monſtras facilè viâ, reſolvi  
ut cum Cruribus Anguli potiſſint,  
detur veraq; quantitas eorum.

Naturam atq; rei exprimis decentèr  
exemplis, quibus uſus ipſe conſtat,  
ex almâ Geometriâ petitis.

Conſcribſiſti etenim librum Minervæ,  
& curâ adſiduâ eruditioſam,  
ejuſ ſubſidiò queant haberi  
intervals locorum, utrumq; celum

inſtr-



FABRICIANI.

*Instructum quibus emicat supernè.*

*Pro quâ sedulitate dignus annis  
longavi Pylî, ac decore vivo  
frundis laurigera, tuo viventem  
quam imponent capiti sacra Camœna.*

*Sic charissime, perge, Amice, pergo  
prelo tradere, quæ necessa nobis,  
& centum capies virorum amorem,  
qui famâ celebrî in polum relati.*

*Tamdèm jo cane. Namq, laude dignum  
( ut scis ) Musa virum vetat moriri.*

GEORGIO PALBITZKEN  
Stolp. & VALENTI WYN-  
THERO Neotrept. Po-  
meranis.

**Q***Uæ vos cura coquit? vestra & præcordia tangunt  
gaudia, Apolliniæ lumina dia gregis?  
dùm varias peragrando oras, Charitumq, vireta,  
ora occæptatis noscere honora virum,  
quorum Heliconiadum sunt fricta acidissimò aceto  
corda, exq, inlustri configiata luto.  
Scilicet ut Themidos penitus lustrando recessus  
nomen in ætherios usq, feratis agros,  
pendentes patrij sinuosa negotia ruris,  
illud ut efficitis pristinâ adorea over.*



## HONORES

*Macli ergo his animis, macli, aternabit is orsum,  
& famam vobis posthuma secla dabunt.*

## PHILIPPO SICHARDO Arnswaldano Marchitæ.

**S**orte novercant aureoli Sicharde laborant,  
unâ etenim absorbsit luce, simulq; dedit.  
Non tamen ad planctus descendam. At præbita damna  
chartarum lusum sordidum, Amice, probant.  
Pixidis & medicæ nunc rursus opercla videbo,  
atq; traham Ardalias ex Helicone Deas.  
Ludite tritalogi, quæis fallere maxuma cura est;  
ludere nam chartis turpe, Philippe, reor.

## IN RONCUM.

**C**ur Nasute strepis, libro ut tuo ego indere cepto  
veri favoris tesseram?  
Scilicet Invidia morosô percitus æstrô,  
quid scomma nescis grunnias?

## M. THEODORO HANNI- CHIO Frisio.

**D**ogmata rusparis dic ut Theodore Sophia,  
in te se insinuans, Triga tua ora subit,  
ac pri-



FABRICIANI.

ac primum librò donat te Aglaja, manumq;  
gemmare obryzò culta Thaleia parat.  
aplat at Euphrosyne tegmen capiti entheum, edq;  
fama tua ad Gangeis perget & Antipodas.

SEBASTIANO DATERO  
Breslæo.

**E**cce diem! primū quā Amathusides axe Sebaste  
descendens, terrā nactus habere pedes.  
Gaude ergo. Concessum etenim breve tempus hamillis,  
quod Cunina ipsi Morta propinqua rapit.  
Natalis venit, bellā cui voce favere  
nos decet, & plenis scribere jura cadis.  
Da Zythum, nostram stat namq; expōrgere frontem:  
Invita hac vita est, si sine gaudiō agis.  
Scita coronatis adponito vascula mensis,  
ac quem ruga juvat frontis, abesse jube.

ÆMILIO LORINGÆ  
Frisio.

**H**iscine ocelle paras remeare oculissime ab oris?  
Sicne tuò adspectu me viduare cupis?  
Vsq; - hūc noster amor dulcavit amara, si abibis  
Æmili, quamvis mellea, amara dabit.  
Me lateri quæso adde tuo. Comitabor euntem  
per freta, perq; igneis. Me lateri adde tuo.



## HONORES

*Fata obstant. Nolunt. Fatis parere necessum.  
Quò te ergò vocitant, vade bonis avibus.*

**M. MARTINO TEUCH-**  
**MANO** Sophies & Themis-  
tos ocello.

**T**Euchmane ô Sophie fax incluta, gemma The-  
Et mensæ, & nostri prastes amæde salis, (mistos,  
captato niveò sacrata volumina volus  
Musica, captato pumila dona, tibi,  
pumila quæ intuitu saltim, at re maxuma. Nanis  
sæpè etenim multum gratiæ inesse solet.  
Indigesta dedit primùm hæc Adfinis; at illis  
splendorem aptavit iugminis Emmenius,  
quem die Ardalides certatim adamantiq; columiq;  
Phœbus & ex thalamò cordis ovando tonat.  
Accipe. Morborum scævâ atq; adspergine cassus  
fac tuò eos rursùm ut perpes amore bees.

## IN ONNUM.

**D**Ives jactaris. Mihi pauper es Onne. Capesse  
causam. Mendicùm te adfero enim esse patrẽ.  
Multa tenes. Mihi pauca tenes. Vin scire? Vacunæ  
præstitem enim & tarda Murciæ agis thalami.

**M. GEOR.**



FABRICIANI.

M. GEORGIO CREME  
RO L.

**P**ellege, Tardipedi pellecta cremanda dicato.  
Cremere, qua tenes metra.

MATTHÆO ZUBERO

Poëtæ coronato.

**E**N tibi adplaudunt salum, humus, polusq,  
dum perenni carmine comitas amicam,

Et viros, quos extuma adorat astra,  
predicans ijs laudis adorem aptas.

En salit tecum aethereo Moneta,  
qua jugata exstat radians Monarcha,

flatq, candenti genialis aurâ

ventus, ac bige nitidam coruscant

Cynthiam, rident Charites, Et omni

frondeo lecto residens alauda

subsilit. Zubere quid ab Camæna

nostra ceptat? leuisonumne melos

vitulanti huic addere haves virori?

Vive Zubere, Ardalidum corolla

vive, dum tempus dat, ama puella.

Et voluptati, violis, rosisq,

cultus, indulge, viridiq, seria

cinge te. Hæc vives, quod amabis, unum.

F 4

EE



HONORES

M. ERHARTO BODEN-  
SCHATZIO Musico ex-  
cellenti.

**Q**uondam hañt vulgari laudum praconiò ovarund  
OEnotrij suis superbi Musicis.  
Ténvina at haec exstant verè, ut Germanidos ausa  
parant lutare nequiori sibilò.  
Namq<sup>2</sup> suas Germanis alens colit usq<sup>3</sup> Napeas,  
Et quae Deorum adscribita degunt corculis  
numina. Scandelli florent, Lassiq<sup>3</sup> vigescunt  
Germanidos. Te quis Erhartum copulo,  
mellei ut incudi paritas sacrare sonoris  
cantus, meanteis ex Moneta culmine.  
Maeteregò his orsis. Cunina Amathusidos axem  
tibi relinquenti adjudavit jubila,  
genis aviternò post nomine fata perennas;  
Quin Et Laverna nania te hañt ustulant.

GODEFRIDO FUCHSIO  
Torgensi, donanti pugio-  
nem.

**P**ugio donatur mihi si confecero versum.  
confeci. venias pugio. versus adest.

M. HEN-



FABRICIANI.  
M. HENRICO WARENIO  
Rostochienfi.

**N** Vpèr ego in pagum excurri, mentem quò animi o-  
solarer pressam dividia usq; suu. (mnen  
Nocte domò ecce absum. Heic lectum hospes at ille su-  
sternit, quò dulcis tranet in ossa quies. (perbum  
Quid reris V Varenis? hunc esse reapse superbum  
sensi, ita enim exhausti pondere membra sud,  
dixerim ut, en jaceo lapidum vel mole gravatus,  
lassula vel nobis incubo corda quatit.

ANTONIO BURMEISTE-  
RO Lunæburgensi.

**B**urmeister anima corona nostra,  
quæ rexere tuam viam profana  
Divæ, quum rapidas manus furenter  
àh in te insinuare agunt latrones?  
Salve, salve anime ô redemte, salve,  
Dij reddant tibi, quæ abstulere fures.  
Ergo quid preter amplius? quid ultra  
Burmeister tuo dabo saluti?  
Amicissime amice vive longum,  
Burmeister anima corona nostra.

GEORGIO-ALBERTO  
Spenlino, J. U. Candi.

F S

Spen.



## HONORES

**S**penline ô Themidos corolla, gemma  
 Musarum, & Charitum jubar coruscans.  
 Quod non prestiterim tibi quæ inantè  
 dixeram, hinc procùl ominosa mentis  
 sit suspicio, amice, nam lubentèr  
 delictum fateor. Remitte pœnam,  
 vel si nolueris, subibo, proq; hâc  
 Spenline IIX tibi tene phaleucos.

**MAURITIO HEINIO**  
 Malchoviensi ex Italiâ re-  
 duci.

**P**er medias Syrteis, per tesqua fragosa, per alpeis,  
 ad Balihica tandem sis redux rosaria  
 Mauriti. En felix te sidus in aethere obumbrans  
 Suclarum aquosam tristitiem coercuit,  
 Pasubaa immò etiam te obstetricamine fovit,  
 hinc factus es sanè Italo omni corculum,  
 Parnassi de rupe cui gravis inditus humor,  
 opercla Coa quò reseravit pixidis.  
 Sic te gavisus Medicorum est fundus, & omnis  
 iui pasci amoris excupivit fomite.  
 Maeste animò hœc. Eadem numquàm tibi fama fracentò  
 aptabitur inter sacra Rosarum lumina,  
 suspiciò ut viridè faustò seriâ endopeditus  
 Doctoris, Asclepi diguère filii.

Nus



FABRICIANI.

*Num majora etiam his potè sunt contingere hominibus  
fuso Moneta lacte, culto ac pumice  
Iapetionida. Sic Romulidum omnia doctus  
honor cluebis, atq; amor hominum omnium.*

GODEFRIDO FUCHSIO  
Torgenfi.

*FVchsi jam sitio, merum fac adsit,  
proq; hoc rursus habe II phaleucos.*

EIDEM.

*FVchsi sincerò me dum dignaris amore,  
fraternò evacuas prebita vitra modò.  
Tū quid ego exopto? rursusne oculissimò amoris  
te parito Fuchsi flore animare mei?  
Noster amor silvis cœpius vernantibus, hincq;  
incisus vernet, discidiòq; vacet.*

RESPONDIT G. FUCHSIUS.

*Inter nos pacta hæc constantis fœdera amo-  
dissolvet nullò tempore litigium: (ris  
Tu modò fac eadem fictò sine pectore serves,  
me non terrebunt sæva venena stygis.*

MARTINO FABRICIO  
Lunæburgensi.

Fabricij



## HONORES

**F**abricij jungarne papyrinò in equore amicis?  
 quid nì? namq; illi me insinuare juvat.  
 Quem nec profubizat temerè Fors aspidæ, & exspes,  
 nec cristas aliùm-tollere læta facit.  
 Hicne meus vireat? Meus hic. Meus esto. Superstes  
 dùm per nigropeplas spiritus exstat anus.  
 Sim tuus, usq; mea pausam confecero vita,  
 quin & mî vives Elysia arva petens.  
 Jamq; adtò nostri cape fœdera candida amoris,  
 in tua dùm nomen charteola arva sero.

## MARTINO GINASPEO Gubinenfi.

**D**um reliqui impliciti charis ego munera Facchi  
 adripiens plenâ pocula fauce bibo,  
 en me averfatur, jam quam nihil auguro, triga,  
 qua quondam fratrum suspiciunda locò.  
 Pensito nil illum, me qui nil pensitat, atq;  
 ex face tritalogum gaudet habere sibi.  
 Quasivi adfueri motus scintillulâ amoris,  
 dùm florere putò, floribus orbus eo.  
 Non curo charas, curare nec anxia mens est,  
 & ytha ubi stant plenis evacuanda cadis.  
 Absit cordolium. Hæc olim meminisse juvabit,  
 quum penè obliti tale miselli homines.

Vivite.



FABRICIANI.

Vivite. Ego unius vestrum habet reor assis amorem,  
vivite. Desino enim. Ludite sic alios.

Pro eodem ad Cupidinem.

**D**IE Cupido, hominum qui corda ligamine nectis,  
nulla quod & numquam solvet amarities,  
heic adsis, & charteolum gnavè incole agellum,  
effectans nitidò quò arva virore micent.  
jugiter & mihi amore viros sociato fidelì,  
quos novit moriens Phœbus & exoricens,  
qui vident mecum, ut stamen possedero vita,  
Eumenidum privus nigropeplum latice.  
Adde etiam juveneis, queis pessum Falciferi ara  
ad Phlegethontas iisse negantur aquas.  
Hi mei age ut vireant, donèc & yihum hausero Mortis,  
aut illò si quid tristius uspiam erit.  
Sicq; tuò instituam de nomine templum, & ad aras  
sollemneis pronus te in mea vota traham.

M. MARTINO BRASCHIO.  
P. L. & P. L. Rostochij.

**A**D te mearem Vatum adorea incluta  
Braschi, cruciatu ni febrili tangeret:  
Non ergo torvò me tuere lumine,  
tui ast favoris igne specta perpetim.

Pecor



## HONORES

*Peccatum ubi est, ignosce. Culpam deprecor,  
locôq; pena sex dico jambicos tibi.*

M. HENNINGO ZABELIO  
Malchoviensi.

**S**I non difficilî se mihi tramite  
præberent Charites, inciperem metrum,  
Henninge, Aënidum portio maxuma,  
in quô ter laveret Musa suas manus:

At quum jam nequeam daptica barbit  
prælustris Sophoclis cudere carmina,  
ceu raucus niveis anser oloribus  
cæpto letigerum fundere ab ore epos,  
dum cingunt hederâ Sicelides tui  
Zabeli capitis tempora flexit,  
nec non quô rutilas indigetant decus,  
ut bellè vireas omnibus in locis.

Sunt transacta tibi multa pericula  
per Syrteis medias, arva per hispida;  
Parnassi aut solidis impositus jugis,  
es factus roseis clarus honoribus.

Mons hic est varijs sentibus obrutus  
silvis illicibus plenus, & horridis  
dumis conspicuus. Præbet enim viam  
scandenti rigidam mille doloribus.

Hunc clivô stadiô centum homines petunt,

at pan-



## FABRICIANE

at pauci speciant gaudia verticis.

Nam prima est facilis scansio, at ardua  
postrema, ac tetricis obsita vepribus.

Siccam sepè etiam cogitur is famem  
perferre, atq; sui sentiet os premi,  
scava sepè hyemis frigora; sepèq;  
aestus; ac Scythici naufragium Nothi,  
qui gaudens Clarijs vatibus inseri,  
secerni & populis à rudioribus,  
aeternumq; decus, quod minùs interit,  
ac post atra etiam fata manet, petit.

Hæc quùm convenient omnia jàm tibi  
Zabeli, atq; diù sis mala plurima  
perpeffus, studiò dùm colis arduò  
diarum Aönidum dogma ter inclutum,  
seu nox stelliferò consita tegmine  
conquirat tenebras, seu radijs suis  
Sol lumen creperum disjicit illius,  
das libris operam, ac te artibus imbuis.

En hinc Castalidum turmula te plagè  
adscribit Superùm. En additur & tuis  
resplendens digitis orbita Faspide.

Quid laude hæc melius? quid potius tibi  
obferri potis est? vanane gaudia,  
vana aut divitia, quas sibi comparas  
Mercator subiens naufragium maris.

Nem



## HONORES

Haut sic. Quin potius splendida gaudia,  
quæ non ulla dies funeris aferet,  
cui sunt mentis opes, Corycidum decus,  
quas nullus temerè lader homo improbus.

Ergo jam vireant laureola tue,  
quas donant Charitum & Varniadum chorus,  
Henninge. His columem perpetuè tibi  
successum tribuat calipotens Deus.

M. JOANNI UDRIANO Damenfi.

I An-Vdriane & tu meis Honoribus  
vi. inseri. Obsequor lubentèr, quum locum  
scitura Amorum nomini adjuger tuo.  
Nam si silerem irasceretur Hospia,  
nec Vdriane qui sies cognosceret,  
ita & subissem pœnam. Ago ergo gratias,  
quod insusurrâris meis id auribus  
I an-Vdriane. Nunc locum hœc librò occupas.

## In Agazelum.

Quid cassum crocitas? quid verborum agmina fundis,  
excerebrans vanas cum strepitu usq; minas?  
An me semivirum rere, ac nil posse pusillum,  
mi quoq; sunt vires, & mea tela nocent.  
Quid rudis? auritum te non trepidabo gigantem,  
niq; taces, nostras experiere manus.

JACO-





IACOBI FABRICI

P. L.

HONORVM LIBER ALTER,

SEV

LVSVM IVVENILIVM

foetura tertia.

---

NICOLAO VVILLEBRANDO  
Philosopho ac Iureconsulto.



*Vid non ceptat honor, miraculum o entheum  
homillum,*

VVILBRANDE, Astrae nucleae, gem-  
ma Sophon.

*Ecce tuas iterum attegias mea Musa capeffit,*

*immo tuo exoptat pascier intuitu:*

*O utinam haec auri sat purgata indere possit,*

*o utinam haec visu corda vaciva gerat.*

*Verum id ita eveniet, quando innubi illa videtur  
fronte, auri ac ponis metra placere tuo.*

G

Fallos



## HONORES

*Fallor an? en resonat triplicis-ter trigâ chorejæ,  
 & te sollemnis Numinis instar amat,  
 effatus fœtos Hyblæo ut melle susurras,  
 in quibus & laveret Phœbus utramque manum.  
 Nostræ igitur V Vilbrande Deæ Patronus adesto,  
 ac mea ubi laudas fac tue are simul.  
 Ha quid? laudari nolo. Patronus adesto,  
 immò modò exstarent digna patrociniò  
 metra tuò mei. Ama hæc saltim, at si laudibus oras,  
 fac, ne ego me dignum, ast plebs dato honore tonet.*

**M. MARTINO BRA-**  
**schio P.L. & Logices P.P.**

**H** O S tibi Hendecasyllabos Poëta  
**BRASCHI FABRICIVS** malus Poëta  
 dico, fulgida fax tua ut tenébras  
 cispellat, quibus usq; & usq; farti,  
 atque ita efficies malos legendo  
 bonos: Id trutina molò, an possint  
 jejuni hi fieri boni legendo.

**M. IOANNI STVRMIO**  
**Gryphisvaldiæ Logices P.P.**

**T** E STVRMI Cytheræa suis adspexit ocellis,  
 ut penitæ Sopiæ sedulò agone litas.

*Haus*



# FABRICIANI.

Haüt hoc exhibi conamine delicat hora,  
 quam auribus adrectis, atque oculis bibimus,  
 quâ GNATVM ætheriâ curans adspergine tingi  
 adcumulas auidos thure, merôq; DEO S.  
 O mihi si Aönium inflaret Matuta calorem,  
 suave philetæo concinerem oscine epos,  
 quod fors purgatas trasfundi posset in aureis,  
 hinc etiam hauriret quin sua liba Charis.  
 Tempus at effluxit. Fugit en pernice meatu  
 Aurora. Ergo, polo nubila qui indat, ero;  
 Vix aliter queo. Quin tacitâ si deliteo æde  
 culpor. Age ast probro hæc ne tibi scruta fuant.  
 Mellea succrescat, succrescat lactea proles,  
 Chalcidicæ ut possis vincere seculum anis.  
 Longa neat vitæ hinc feralis stamina triga,  
 vinnula sic tandem gloria erit Charitum,  
 proluet immò eius Cleio permesside lymfâ  
 pectora, sacratò incendet & ore jecur.  
 Tunc tunc gaudebis tolerasse æstusq; geluq;  
 suspirisq; altis sæpè onerasse genas  
 tunc tibi par suboles vera hostimenta sui ausus  
 edet, mensa almæ pollice Calliopes,  
 quis narrare supersedeo. Chr ste adfere voto  
 Fata meo, plenò jubila ita ore canam:  
 Auspicys exors bonis, feliciter acta,  
 laudo ego, si dabitur claudere fine bonò.



HONORES  
M. GEORGIO CRE-  
mero Lipsiensi.

**T**ene hominem CREMER Erear, vel ab æthere  
ductum,  
januam ut occlusam quis referare mibi?  
Ast homo es. Vnde tuo verum hæc adnata potestas  
cordi, quâ ex animam pænè animare vales?  
Astra dedere tibi, tenuare nec astra potestunt.  
Colleg! primus præstes ut usque manes.  
Fac cerdonum ergo stimulis si obnoxius angor,  
(nunc mibi aperta) fiet semper aperta mibi.

M. CHRISTIANO SE-  
verini Longimontio.

**S**IC credimus Fama: venustas Gratias  
cum candidis Apollinis Sororibus  
fuisse eodem dij honoris tramite,  
dùm sedulae suis alumnis obferant  
ab Gratiarum hæc dona discrepantia,  
eosq; per scientias emolliant.  
Hæc vulgus obstrepens profundit vanidae:  
Quid Gratiae profunt! Camæne quid precor?  
quum saltim opes linquant suis culcoribus  
linguarum & artium, nec umquam rosida

calente



FABRICIANI.

*valentæ Midae conferant. Ha squalidæ  
mentis viri! relinquierne cernitis  
famam perennem, nomen ac inmorbidum:*

VETAT MORIRI MUSA ERVND E FLO-  
RIDOS.

*Ergo, Charitum Christiæne adorea incluta,  
quum nunc litaueris Camænarum sacris,  
dignè accipis tanti laboris præmia:*

NOMEN SUPERSTES. CVM MAGI-  
STRI INSIGNIBVS,

*aptatur & manui annulus, ter-inclutæ  
tecmerium virtutis, æternum & decus.*

*Divinitas adsit tibi sacerruma,  
te protegat, regatq; Sanctus Spiritus,  
atq; actiones dirigat tuas sui  
ad nominis semper-vigentem gloriam.*

M. IOANNI FORSTE,  
ro Aurobachio.

**P** Rincipis ut patrij memoranda negotia tractas  
FORSTERE, Ardali dum nobile delictum,  
*in te se lunat Charitum comitissima triga,  
ipsaq; subsultat Dædala terra tibi.  
Cæli etiam insuetos cæptant proferre sonores,  
& favet aura salo blandior atq; sold.*

G i

Nre



## HONORES

Nec mirum tot Erythraea hauri congestit in algæ  
 gemmas, necq. ortiva India litoribus,  
 quot coacervari ex dicto mihi carmine possunt:  
 divitias quas has vix numerare queo,  
 quas ego complectar potius, quam Thynica quales  
 matribus Oenotrys lima polire solet.  
 Qui cupit annellis ideo se exornet, & aurō,  
 Thesauro insidet perpes & usque suo,  
 gaudia ea hauri me tranabunt, sperno quoque Mar-  
 tis,  
 fulmineo quæ stant dilapidanda globō.  
 Gaudia sunt Helicon mihi, cumq. Aganippide Pinus,  
 turba Novemfilium atque in mea corda meæ.  
 Te quoque delectet, Divæq. litemus uterq.  
 uni. Post Mortem sic quoq. vivi erimus,  
 insuper & verè populorum examina surgent,  
 thure dabunt luci perpetuum, atq. merō,  
 quæ nos excepit primum ex Amalhusidos axe  
 ventanteis, clariō non reprobante melō:  
 Phœbus & exurgens texta de frunde corollā,  
 ad Gangeis famam mittet & Antipodas.  
 Evax! His animis Forstere superstes ovabis,  
 aere dum volucris, flumine pl. cis erit.

**M. ANDREIAE EMME-  
 nio Budisiiino.**

*Phœbeæ*



FABRICIANI.

**P** Hæbæ E M M E N I prælustris adorea tur-  
ma,  
qui mihi amicorum perpes amor rutilas,  
pellege quæ scripsi, properâ dictante Minervâ,  
verba mei explanant hæc tibi sen/a animi,  
pellege. & ut trutinæ est factus tibi justior usus,  
actutum TE V C H M A N O illa legenda dica,  
quò causam nostri ille ieris, enti, cat, & usq;  
quis jam sat fessus sollicitudinibus.  
Perfice. Amicorum sic gemma nitebis, ut exstat  
E M M E N I fixus cardo utriusq; poli.

M. HIEREMIÆ SCHRE-  
IO, BORNENSI.

**D** I A Novemfilium gnave metando roseta,  
nunc tandem illorum cognitione clues.  
Delicat id Phœbus planè, pleneq; Sorores,  
indiget at Charitum docta corona trium.  
Namq; tibi in cathedrâ libris gratantur apertis  
& tua m trâ ornant tempora cæruleâ,  
Orbitam & indè etiam preciosam & Iaspide & aurò  
addunt, solemni ac sic te in adorea amant.  
His alios doceas sollerti ut mente capeßis,  
ocia ubi intrabis pulverulenta scholæ.  
Gratulor idcirco tibi tantò in honore animato,  
ac voveo factis prospera quæq; tuis.



## HONORES

*Iam sciti es nactus sublimia culmina Pindi,  
digna etiam studiis præbita dona tuis.  
Maecte ergo hanc virtute tuâ, & te pluribus effer,  
maecte, tuum ingenium atque exere, victor eris.  
deniq; sponsatas defendito jugiter arteis,  
clarus eris, cardo stabit ut usque poli.*

## M. PAVLLO NEOVINO Rostochiensis.

**P**aulle Cytheriadum gemma unica & una, Suada  
Eurynomes, Fidei gloria, noster amor.  
Optatò nostras, quæ inuisit epistola, spexi  
attegias, spexi grande decenter epos,  
extemplò atq; oscula inflexi huic suavissuma centum,  
quando tui sensum protenus hausi animi,  
spinosa exercebrans curarum atq; agmina dixi:  
Bafia ô hæc capta missa tabella mibi:  
quam sanè adfabrè effinxit potiore met allò,  
qui Iovis adsidu' pectore pascit auem,  
imbuit Hyblæo & Cytherea suò imbre ita, utramq; ut  
cæptârit lavere hanc doctus Apollo manum.  
Reliqua enim musso. Sinceri heic tessera amoris,  
immò alia & fuerunt conspiciunda simul,  
quæ quoque primigeni seculi specere invidet ætas,  
tollere & benè Ledâ projecta turba parat:

*Estuò*



FABRICIANI.

Fastui ibi exsulium, vulpinisq; inditum ocellis.  
Falciferi ingressa hanc tempore at alta fides.  
Undè mea (haut mirum) si corda exesa satullas  
solari ingenti dividia arèta sita.

Hinc natum. **MERVIT NOSTROS VIX  
HOSPITA AMORES.**

Dico ego. Bilbilici seditat ore canis.  
Andræus culicem laudat. Strepito **HOSPITAM**  
amicam,

donicum in occiduò purpurat orbe polus.  
Verum ingrata exstant nunc omnia, amaror amorq;  
factus, ita & tædæ tædia, mel fel erit,  
nî caput obstipum, atq; animi alteret **HOSPITA**  
mentem,

adnihilans, qui antè hanc circumière, procos.  
Sed quò cordi voris curarum mersus in undis  
vergo? cheu vanò cur cics ore sonos?

**MORBUS AMOR** dixti. Tecum consentio, &  
ignis,

sanare herba etiam quem incluta moly nequit,  
stinguere neu paritat Nymphaea, Onofacium, & illi,  
quæ medicâ eximiò frigore in arte valent;

Huic vis tanta igni, tantum hæc tenet aura furorem,  
omnia ubi insanò vulnere membra quatit.

Ipsè idem es expertus, morbi symptomata calles,  
flamma ea, quin pelagi cedere nescit aquæ.



## HONORES

Deinde inquis, verus praeordia ubi ustulat ignis,  
 fac ut ames te quae mutuiter redamet.  
 Parebo monitis, tali & nostrum obferam amorem,  
 haec cadet in sensus virgo, animumq; meos,  
 absit ut à nobis suspicio nigra. sit unum  
 corclum, immò una fides, mens ita & unica erit:  
 Sic aida incursum fient quoq; mellea, nullus  
 turbare & paritat corpora nostra dolor.  
 Verum id adhuc longum. Absumptus pungentis ab æstro  
 Invidiæ, à me afer supplicium omne Venus.  
 Trux Erycina mihi es, trux pullus amorifer exstat,  
 quæ bona privareor, sunt aliena bona.  
 Spero equidem, abjectâ tandemq; ex æthere nube  
 nunguidâ, habebo plagâ sudum in utrâque polum,  
 quandò dici id cerno timorem ex pectore pellam,  
 obq; habitum antè geram parta tropæa malum,  
 non tunc maluerim mihi grana Erythraea, nec aurum  
 evomit ex flavô quod sinu humi Arrabia,  
 tunc ô tunc dabitur noctu impallescere Amori,  
 triste morari, & convivere suave cluet.  
 Convivis. vetitum sed ego exscindentibus arduum, ac  
 quassandis canibus lectus oberro miser.  
 Convivis, sed te convivere sentiat uxor,  
 sitq; tibi augendæ sedula cura domus.  
 His cludo. Utq; animò innubî tî epigrammata Amo-  
 rum  
 lecta, ita Honorum etiam carmina, Paulle lege.

Sic



FABRICIANI.

Sic tuum amoriferò mi additum ex fœdere amorem  
servabo, ut fixis inserit æthra polis,  
vel mea funereum dum non tegit ossa sepulcrum,  
& calor in vivò corpore vivus erit.

Quumq; vacat tua metra refer, referamq; vicissim  
nostra, ô amicorum his gemma mi ave atque fave.

M. ANDREIÆ EM-  
menio Budissino.

**E**cce illa hora suos nobis ostentat ocellos,  
promit & Eoam de occiduò orbe diem,  
quâ sanctè suasi præsens tibi reddere, nostro  
quod quondam Emmen tu usui abundè dabas.

Frustrà en exspecto. Mibi Fors obnabit enim arcam,  
jungit & adfectis pectoribus nebulas.

Frustrà en exspecto. Paritat remeare nec ille,  
quò remeante esset cordolium positum.

Quomodò ego occurso huic damno ergo, tibi quoque ne  
obsim

Emmeni, in dubiò cognite amice locò.  
Fer cautè atque catè hanc remoram. Timor omnis ab-  
esto.

exsolvam, & nostrò carmine perpes eris.

M. HENRICO VVARE-  
nio, Medicinæ candidato.

Cen



## HONORES

**C**eu casci ævi homines strennam sucti addere ami-  
 cis,  
 sincerò incipiam mittere & ipse animò  
 clusa nouò Ianus dum lumine limina pulsat,  
 quæ incolit à Memori-Matre creata cohors.  
 Morborum te præstite nos adspargo relinquet,  
 nec fluet ex udò flegma iterum cerebrò.  
 Quid procer? an tale optatum impugnabit amor  
 Sacrilegum, aut cassi hoc oscinis efficiet?  
 Nescio *V V A R E N* I, aſt vitæ largiris ita vsum,  
 ex his me ereptans ſollicitudinibus.  
 Tu meus es: te idèò præſens quò munere maſto  
 accipe, charteolò at conditum id exſtat agrò.  
 Scilicet obveniant tibi tanta *H E N R I C E* talenta,  
 quanta vel *Hiſpana*, byrsa vel *Angla* tenet.  
 Illa ipſa ex animò voveo tibi. Sætne procer jam  
 delica, ita & capies ſerinia Pontificis  
 theſauri; immò tua hæc penitus penetralia inibunt,  
 ſacra Deum trigis, & *Fidio*. & *Veneri*.  
 Iurè unde *Vrania* dexter vocitaris ocellus,  
 & medici, & melici vivus honor populi.  
 Dictane ſufficiunt? utinam ſat conſona votis;  
 ſic *Papæ* tandem byrsa vaciva foret.

**SEBASTIANO DAYE-**  
 ro *Breſlæo*.

Hauß



FABRICIANI.

*ami-*  
**H** Aut reor in salamò verinat dulcor amoris,  
 ille etenim sæpè est scævi animi indicium.  
 Ast quia Legi ovât fermè adfectudo Bonorum  
 nomine, quæ effigiat vim hæc tenere notas,  
 parco ego, exq; animi purò candore, peremne  
 sacro tibi en nostræ fœdus amicicie.

M. MARTINO BRA-  
 schio poëtæ Cæsario, &c.

*22*  
**S** IC est. Fata danunt pessum ruere oppida & arceis,  
 quòdâ sit in nullò fixa Rotunda locò:  
 immò eadē hæc servant, fumet licet ignibus æro;  
 tympanum & hostili personet ore sonos.  
 Fit testis VARADINA, imò quam vellere stirpes  
 at tegere occæpit TVRCA cadaveribus:  
 Fit testis VARADINA, Dij quam lumine blandò  
 Bellonæ dederunt liberam ab exitiò,  
 quæ furijs fæta usque, ultricì & Marte ruebat  
 improba, quò technis perderet omne suis.  
 Ast choream humanam circum tentoria Divûm  
 fixa ubi, nostra omni turba vaciva dolò  
 protenus exsurgens clarò incipit ære triumphos,  
 atque quiritari desinit ægra cohors.  
 Annè age huic quidit melius magis accidere urbi,  
 quum post bella etiam pristinâ adorcâ overet



## HONORES

Id dum grandisono psallit jam carmine vates  
 Brachium, en Piodi deferere atria havent  
 Mercurius Pallas, taximq; ac pleetra venustant  
 Numina, Pierio pectora nota Deo:  
 cerne etiam ut virides laurus, hederaq; sequaces  
 tegminibus velent avia tesqua suis:  
 cerne etiam varias avium, captaq; volatus  
 dulce susurranteis inter Hamadyadas:  
 Omnia sic gaudent Braschi, quum verba coloras,  
 sub tui ita & cupiunt fœdera amoris agi.  
 Re verâ phœbus quia tu cluis alter, amico  
 dignus honore Deum, dignus amore hominum.  
 Doctè etenim monstras, hris quod robore fulti  
 nil Mahometigenæ scæva venena putent.  
 Hoc solò Eumenidum victore potentia marcet,  
 Ditis & horrendi vis superata jacet.

**M. ALBERTO VVICH-**  
 grevio, Poëtæ & Oratori.

**N**æ tu reapse fax Novemfilum cluis  
 Albertæ, fill Iapeti rarum iubar.  
 Id plenè ais, planèq; homillos inclutò  
 vigore ad astricum refers dum tramitem:  
 Modò ast idem evidentius redarguis,  
 ter um, Monetæ & lacte fotum quancò opus  
 laut invides Musarum oculis: Corneli

108



FABRICIANI.

quò facta pensitas, perenni fluô & virum  
rodentis ac latratu hominum viscera.  
Ne tu vir audis tanta & ad miraculum  
monumenta prælo indens juvenantis ingenio.  
Evax! mori sic vetant te Numina.

IOANNI ANDREIÆ  
Theologo.

**S** I quis Mentorij nobis speciunda laboris  
vascula, sua aut sculpsit quæ Myro in arte daret,  
mominis illud opus, magnique & rever amoris,  
sensa mea haut ingrato ederem ita atq; animo.  
Quæ namq; huic posset unquam Invidiæ aura nocere,  
cui Deus, atq; omnis superum turba favet.  
En te sectari sic nunc Laudum auguro acervum,  
remigio ut celeri cælica in astra vebis,  
deliciasq; haustas inibi capit ambitus orbis,  
quæ Indica grana, auri aut bractea nulla crepant.  
His nos pernices super astrata arva volamus  
pascendi ætherijs Nectare & Ambrosiâ.  
En ambit Fidei te nimbus & unguine tangit,  
gloria fisq; Deum principum amorq; virum.

GEBHARDO DE LVHE,  
equiti Megapolitano.

GEB-



## HONORES

**G**EB HARDE Ardalidum inclusa & propa-  
ges,

& fax ingenij venustioris,  
splendorq; o generis vetustioris;  
felici en repadat revorsione,  
qua primum haecce soli endogressus arva  
audisti Patris inuidenda proles.

Matuta ecce iterum suos caballos  
citâ remigij vibratione,  
quô natalitium tibi venustet,  
adparat: veniunt Deorum ocelli,  
teq; in se insinuant favente linguâ,  
stupentes tuæ ita indolis medullam,  
quæ lucens bene primulis in annis  
se velociter exserit, sequaci  
surgens ingenioq; viribusq;.

Sic sic pullus Hyantidum Dearum  
presentaria propalas reapse  
hostimenta politoris artis.

Atqui inter, creperô ore ubi integrum exstat  
fallere anseri epos, sacros olores,  
Diuum tripudio mea adjugare

septabo metra-vota VIVE VIVE  
GEB HARDE Aonidum decor, venusta  
propagos generis vetustioris,  
& fax ingenij venustioris,

bas



FABRICIANI.

*hæc sæpè ut redeat dies secundò  
carmine Hesperidum usq; & usq; dignus.*

*Id opto: insuper & lubens tot annos,  
quot Pesti speciunda lilia agris.*

IOANNI DIERENTA-  
halio, LL. Candid.

**P**Ocellò veteri textus spumante meracò  
*crescet in æternum non moriturus amor.*

*Eidem.*

*Pocula Rhenanò spumantia ritè meracò  
hausimus, ut noster perpetuaret amor.*

M. MARTINO TEVCH-  
mano amico meo τριφιλῶτα.

**T**ERTIA publicitùs prodit fætura meorum  
*lusuū & in volgi se librat usq; manus.*

*Hinc metus Invidiæ quamvis bona causa resur-  
gens*

*me petet & scævò lumine cuncta taget.*

*Nil nugas moror, aut vani convicia volgi,*

*solò ubi te vitam præstite liber ago.*

*Nec mirum. Themis ipsa tuis si pascitur oculis,  
tristitiæ omne genus legat in Eridanum.*

M. ALBERTO GRAVVERO  
Philosopho acutiss.

H

AL.



## HONORES

**A**lberte obferrem tibi, si modò, metra, potessent  
 in quibus ablueret Cypria seëta manus.  
 quæq; immor bifero genio ingenioq; litarent  
 talia, qualia haves ad, ererem tibi epe.  
*Verùm quid refero? si præbita carmina sordent,*  
*fac tergant fœdas carmina missa nateis.*  
*Iudiciùmq; tibi hoc nostris de versibus apta,*  
*scribo aliquando bene, scribo aliquando malè.*

**M. CHRISTOPHORO CAE-**  
 sari Hallensis scholæ Rectori, &c.

**I**nnumeros alij promant ex vertice versus  
 quum tuò havent avidi vescier intuitu.  
*Id nego ego artis opus. Musis nervosa probatur*  
*& brevitæ, juncta hæc si modò Gratiæ erit.*  
*Attutùm hóc motus penitus tua limina capto,*  
*dictaq; cuncta reor, dico ubi, Cæsar ave.*

**ALEXANDRO ABOTHMAR**  
 equiti Saxoni.

**N**atalem Bothmare tuum nunc indico versu,  
 da vinum, & Venerum mactus eris strophis:  
*Snavia quis jungent Lucina ornanda salillò;*  
*post Phæbi incipiet psallere turba melos.*

*Ad in-*



FABRICIANI.  
Ad insignia  
NICOLAI THVEN  
equitis Pomerani.

**N**avita ut equalem liquidò cursum amne capeſſis;  
ſic Charifm pura & Palladi dictus ovas.  
Ceu Phœbe ſtellas radiantî lumine vincit,  
vinctes legalis corcla ſodalitij.  
Hinc cum cœruleis color ipſum Inſigne coloret,  
te cœlò dignum Numina dia tonant.  
Sicut & in mediò ſparſim additus albicat albor.  
Aula tu quondam ſplendida gemma clues.

IN LV CIFVGAM.

**Q**uid tenebrio, turgide atque aſelle  
noſtris attegijſ facietiarum  
plenis Coricidum paras nigrantem  
ſuſurruſ indere, peſſime ô bonorum,  
aut ſi viſ quoque ô optume aſpidorum.  
Si bacchaberis amplius cruentus  
rancidum gladius petet cerebrum,  
tamdèſ aut te Arcadicum pecus probabo.

HENRICO ALMERO

Friſio.

H 2

Dm



## HONORES

**D**VM Vitebergâ Musarum sede relicta,  
Almere in patrium vis repedare focum,  
te revocant juvenes, cari revocantq; sodales,  
quos debilâsti strenuus in Cyathis.  
At quia Fata volunt, ut linguas Albidos urbem,  
Bremenisq; petas mœnia structa vadis,  
Ifelix, cordisq; tui penetrabile capeſſat  
Fabricium. Existet sic memor ille tui.

IAN-CHRISTOFERO  
Panschmano.

**Q**uod Panschmane cupis veri testamen amoris  
dono. Manum ac animum. Cetera linquit  
mibi.

## IN ONNV M.

**I**Actaris locuples, mibi es Irus at Onne, sed instas  
te nobilem, summeq; divitem adferens,  
quum tua numorum tot millibus arcula septa,  
quot Myda vix, Cræsusvè habuisse dicitur,  
copia tanta & agrum, volucer quos milvus oberrat,  
quantam Afra Didus byrsa nec circumdaret;  
adde etiam merceis, tibi quæ ultimò ab orbe vehuntur  
Hibericam, Indicam, atque Moscovitam.  
Sic est plebejò tamen heic vulgarior exstas,  
mendicimoniò ut populo infimo præis.



## FABRICIANI.

Personamq; agitans furis clepis obvia cuncta,  
fame miser ne exenteratna conruas:  
Quin etiam esuriens panis frustum esse stupefcis,  
pro veste pannis obsitô scrutariô  
incedis, multisq; ululabibus aëra reple,  
si sunt solvendi debiti teruncij,  
contorta ut subeat magè vis tua colla catena,  
quam subleves pressos cruciabilitatibus.  
Interea ast intervertit decoctor opum vim,  
privatq; te omni sorte, grandi & fœnore,  
subripit agrorum fructus, tua qui incolit arva,  
negociantes & suum servi aserunt.  
Sicq; alijs Plutus, tibi soli ast Irus es Onne,  
nam qui utitur dis est, bonis non qui incubat.

## HENRICO GISELIO

### Rostochiano.

**S**ICcine abire paras Henrice oculissime? sicne  
linquis amicorum chara sodalitia?  
suave fuit tecum primò mihi vivere, & boris  
omnibus optavi junctior esse tibi.  
Sed quia te ex nostris, sociorum ac tollere ocellis  
cerno, noster amor transit in helieborum,  
O flabra algentis jamjam spirare Aquilonis,  
& densò madidas Phryx latet imbre vias,  
necq; sonum det avis letum ullum, at scævi ulula oris  
infestum auriculis cordolium cieat;



## HONORES

*Sic tandem invenies, quid sit tot ledere amica  
corcula, ab arbitrijs pendula solutis.  
Me potius lateri adde, sequax tibi ut umbra manebit  
obstabitq; æstus, ninguida numquam & hiems.  
Ast quid? Fata vetant, quibus est parere necessum,  
si non pressari gestio dividiâ.  
Ergo caput ter suave vale, matremq; secundis  
cerno avibus, letè ut nos revidere queas,  
tum verè Ardalidum tecum impallescere chartis  
incipiam, triadi atque Eurynomæ esse saccr.  
Hisque manum, atque animum veri cape fœdera amoris  
Fabricijq; memor, dùm licet usq; mane.*

## MARTINO FABRI- cio Hollato.

**A** Blatere hâc herere mihi tua Vitula Paulli  
suadet, animitus quam neq; ardeo.  
Eurynomæ ob dios epotos ore liquores,  
undè inebriatus en ovas.  
si quid ego exhilem Musarum inopibus amorem  
formari judic I queo.  
Quarè Fabrici dum scævâ adspergine Letbes  
vaco, me amore ames tuo:  
Tu meus & contrâ navè indiget aberis esse,  
terra ut pedum plantam adferes.

ABRA



FABRICIANI.  
ABRAHAMO BRV-  
schio, Egrano.

**D**iversi diversa ajunt. Hic praelia Martis  
captat: Castalijs flagrat at alter aquis:  
Pocula delectant te, priscò ast farta meracò,  
sint hæc principium, sic tibi finis erint.  
Non tamen illa juvant te sola, sed addis iisdem,  
quod facit, ut vivens verò in amore mices  
illorum juvenum, virtus quos novit & æther,  
Phœbus ubi ingreditur Tethidos alta juga.  
Nempè tu & illa putas dans chartæ munera Bruschi,  
quæ mihi cordolium, tristitiâq; levent.

M. CHRISTIANO SE-  
verini Longimontio.

**C**hristierne Vranie dicite salve,  
quod nupèr tibi sponsa factitata  
minus videris, optume, oro, amice  
agnosce. Ut puto enim meis præesse  
Musis, atque tuo obsequi petito,  
en Saturnius involucro onustum  
me suò facere occipit popellus,  
et præter mea vota ita ecce abesse

H. 4

nostris



## HONORES

nostris attegys paro. Fatenti  
culpam, ignosce lubens, ubi id negabis  
pro pœnâ X I. habe hos tibi phaleucos.

M. PAVLLO RVTINGO  
Rostochienfi.

**S**alve Castaliæ jubar cohortis  
RVTINGE, & Venerum Cupidinum  
sadium sapidum. Tue Camænæ  
in quīs endopeditæ ouant viretis?  
cedò an Thessaliam, an tenent Lacones?  
an Cœa arva novem dicata nymfis?  
Siles? Auguro si queo augurare,  
te Pandora suis beabit, arcâ,  
bonis, clausa habuit sibi quæ inantè.

Maectè ergò his genij bonis RVTINGE,  
& tuas mihi discapedinato  
foreis, id cupit Aônus Cupido,  
& quidquid Venerum est venustiorum,  
& quidquid genij est feracioris.

An cessas referare aperta quomdâm  
amoris penetralia. En repentè  
in me se insinuat corona Amorum,  
hòc nimbo redimitus ad Camænas  
tuas deveniam RVTINGE amande,  
quò tecum patriò vigescam agellò,  
RVTINGE Ardalidum jubar peremne.

Iacobo



FABRICIANI.

Iacobo Fabricio, P.L. & Medicinæ candid.

Respondeo Rutingus.

**E** Tu Varniadum decus Sororum  
Fabrici, rutilans, virens, vigescens.  
Salve, laureolâ caput revinctum

Gerens Casariâ Iacobe salve.

Quas mi litterulas tuo Rutingo,  
Misti, mente hilari, serenâ, casdem  
Non sinent cinerefcere insequentum  
Secula; nec mihi quem lubens amorena  
Offers ullâ animi rebellionē  
Recuso, aut abigam, licet minoris  
Fortunæ, atq; humilis, Poeta nec non  
Vilis, nullius aut precl, aut valoris.

Gratulor mihi: letor usq; & usq;  
Tantô te redimitum honore nostros  
Ad lacus rebitasse Varni amœnos.  
Quid nos? Mœstitiæ damus coquenda  
Cordis intuma, tristitatibusq;  
Verum jam Mala, forte en boni quid  
Et leti invenient, volente Iovâ.

Vale his Piendum decus peremne  
Fabrici, atq; tuum favore priscô,  
qui te rursus, adama tuum Rutingum.

In Nugivendum.

H s

Stulte

bo



## HONORES

**S** Tulte quid obgannis? quid vanida carmina texis?  
 curvè aptas genio toxicum inane meo?  
 Scilicet ut rabidos ego cognoscam indè lacertos,  
 quīs Heliconiadium scommate sacra premis.  
 O Romane asine, ô primum malefide sodalis  
 disce elementorum, postea scribe notas.

**AKROΣTIXIS  
 DECVSSATIM AC CO-  
 LVMNATIM NOMEN CARV  
 LI TROIGERI CAMICEN-  
 SIS REFERENS.**

Carule Coricidum sollemnis quem lepo R orna	T
Alma dies Agitur, totô mundôquē videtu	R
Rosidô ubi primum Reptasti Gramine, ovand	O
Vndique gratatus patribVs blandi omine labr	I
Lux redeat felix Oro, nec Lumina M ago	G
Vmquàm habeat Rabie, fastusq, ast Vsq, furor	E
Squallēs, Tūm dabitur gratus mibi & omnibus humoR.	

**M. MICHAELI PFEIF-  
 fero Misniaco.**

**Q** Uæ vos cura quatit tenebriones?  
 quæ mentem cruciant venena cordis  
 ex Rami aridiorē tracta lignô?  
 qui ferô exstimulatus æstrô amavit

*fermè*



## FABRICIANI

fermè Coricias suis cohorteis  
privare attegys. Quiesce Rame,  
duns ne adfecta pensilis duellum  
ceptet cordolij crematus auso.  
Nil ultra auguror. Ha perit misellè.  
que Ramo ad sociata turma credit.

Incepta indugredi Lyceja nostra,  
quem verae Sophies penetrat aestus,  
Pfeiferò atq. duce en cruenta bella  
non bella adripies. Tibiꝫ rursus  
Kromaierus opem adjudabit omnem.  
si forsan speciosa buccinabit  
Ramo turba dicat: Rame, verè  
ne fias, sileas petisso, Ramus.  
Demonstratio laude non carebit,  
dum stellas rutilans forebit ethra.

## IOANNI NIGERDI no VVestphalo.

**E**ffe quid hoc dicam, Invidiæ cuncta aura capistrans  
ardua viro sò scævior angue quatit.  
Hinc amens nec lecta prius, nec cognita temnit.  
quis daret & vicbas Iuppiter usq. manus.  
Assenias lane ergo huius nil rere: juvenæ  
quom sepe & magnis mens eluas aucta bonis.

Zoil. 15



## HONORES

*Zoilus infestos ebuccinet ore sonores:*

*Tu Mortâ cresecas, major & Invidiâ.*

IOANNI PAVLLIO

VVismariensi.

**Æ** *Statis, anne hiemis fies Ianus; mihi  
Paulli indica, ut tuos lacertos vimine  
vincire rectè cœptem. Idem esse at auguror,  
te siue fecerit vel æstas, aut hiems;  
ligatus hōc vinclo es, solūas te jugiter  
hiems dum agitur, solutus æstate atq; eris.*

THOMAE SCHAEERSCO

vio Luneburgensi.

**T** *Homæ imminet sacer, cui litabimus,  
dies, adeste summa Pindi Numina,  
adeste queso, & eliquate hæc gaudia,  
Thomam suāvium Fidei, & Divūm omnium  
putum salillum vinculo constringite,  
non Tardipedis factū, at manu Polyhymniæ:  
adeste, suaves & susurros psallite;  
namq; haut hic ille incredulus dici meret  
Thomas, cluet reapse vir bonus, sacro  
bucusq; lotus anne Fidei, atq; Charitum:  
adeste, hic haut incredulus vestro ausui est,  
manum ligate, sed solūat quò vimina  
vinum exhibete. Nostro agite ut voto libens  
subscribat, atq; ita en peremniter diem hunc*

*repedare*



FABRICIANI.

*repedare cernet. Hoc tibi Novemfiles,  
Thoma, & vovemus nos simul concorditer  
Bothmarus ac Fabricius, omnis quin tibi  
idem vovet, phialas Charituum qui hausit semel.*

IOANNI FABRICIO  
Rostochiensis.

**I**ANE mi amicorum praelustris, ocelle, capeffe  
in veri amoris tesseram;  
quam cernis chartam, mibi quâ summum exstat ho-  
noræ

*Poëticae adsertum decus.*

*Sic noster, qui vivit, amor, dum vivimus ipsi,  
vivet simul peremniter.*

VLRICO D. F. CHY-  
træo Rostochiensis.

**Q**uam cupis, ecce manum Chytræ adamando  
capeffis,  
jungo animum: hoc orno charteola arva  
satu.

*Vnus ero tecum, quamvis duo corpora nobis;  
una mihi atq; tibi sit manus. immò animus:  
Me sic accipito, adfectumq; agnosco promptum,  
charteum ut hoc tibi rus splendida grana ferat.*

HIERONYMO STARCKIO  
Luneburgensi.

*Quod*



## HONORES

**Q**uod cupis ecce capis STARCKI: mentemq;  
manumq;

namq; manu vernas, mentemq; Fabricij.

Tu me constanti rursum dignator amore,  
sic verè hic noster perpetuabit amor.

IANO BURMEISTERO  
Luneburgensi.

**E**N Natalitij usq; & usq; amanda  
Burmeistere tui hora venit. Ergo  
quid procer tibi? tu revorsionem hanc  
sapius specito vicens peremne.  
Sanè illud gaudens procatur una  
Martira, illa animi reapse gemma,  
quò sic millia lingulationum,  
immò millia pressuncularum,  
centum & millia basiationum  
aptas: jugi & idem ipse haves susurrò.  
Deinde opto tibi libens tot annos,  
quot cum Martira inire ti adlubescit;  
sic Natalitium merò videnti  
impletos /apidò dabis culullos.

SAMVELI DRESEMIO  
Dithmarso.

Trime.



FABRICIANI.

Trimetrum purum.

**R** Edhostiente amoris igne perpetim  
Dresemi, Hyantidum gregis putum jubar,  
gradu volante quando ita vigeas iter,  
fidele ti indicabo testimonium:

Papirinò equore exarata vinnulè,  
VVarenio auspice, est mihi manus data,  
tui in me amoris adfatim apta syngrafa,  
paternà in orbis extumas procul plagas  
meare ab æde, Literalibus Dys  
forem ut sacer, peremne-stante glutinò  
reapse cum meo inditum probè auso erat,  
lubens secundum amice mi voves itum,  
vacivum avisq; garrulò aspidæ oscine.  
Iò. Triumfo. Idem vovente te vovent,  
bicornæ quæ incolunt Deæ simul jugum,  
quibus Dresemi amande septus incinis]]  
epos, quod audiens stupefcit Aönò  
Moneta monte, fota ibique Numina.  
Quia autem alo ire tecum, abireq; insitum  
nec oscitanter indo tesseram tibi  
(Specin") favoris. I benè. I Novemsilium  
medulla, scævet atque nulla avis modò  
anire quod paras iter. Cluas amor  
Virovum Eoo & Occidente cardine  
polum intuentium, quibus stribligine

palatane



## HONORES

palatum habere privum ad Aōnes datum est:  
Ita &, parī rependere ipse si manu  
velim, quod officī usque præstitum genus,  
rependi, ut invenusta Fabrici sonos  
Athena buccinare novit. Adnue Is,  
per alta Numinum fatigo culmina.  
Tuo dabisne proxeno hoc? ita autumo.

## MATTHIAE VRBANO VVismariensi.

**S** Trenna mille locō tibi talenta  
mitto Urbane novum endogressus annum;  
sed saltim hæc calamō levī adnotata  
si verè numeras, ferè capeesses:  
Misisssem aurea, nī foret mihi ipsi,  
qui donaret, habere denegatum.

## IN AGAZELVM.

**R** Ideo, bellicrepā si me formidine vexas,  
nullum etenim certè huic pondus inesse reor.  
Si cupis effundas arma-arma, horrentia &  
extra  
duc castra, ut tranet concita corda furor.  
Te insectari animus per opaca cacumina, perq;  
valleis: per veprium, tesqua fragosa simul;

Aud



FABRICIANI.

*Aut digitò os cludens, virosūm pascito labrum.  
meq̃ valere jube, si ipse valere cupis.  
Comis ego in cunctos, nulla & convicia spargo,  
nec mea conclusus pectora amor habet.*

NICOLAO THVEN  
equiti Pomerano.

**E**cce diem praesens nobis *Matuta* colorat,  
quā terrae visus sede locare pedes.  
Ergo tuum leta exornet *Niclae* cerebrum,  
inter *Varniades* quae *Venerilla* cluet;  
ipse quia adsurgit *Charitum* chorus omnis, & altò  
emittens versu sibila ovando salit.  
*Murum* ideò musso. *Frons* hinc caperata recede,  
invita haec vita est, quam sine gaudiò agis.  
Sic ligo, *Vulcani* haut, *Musarum* ast veste lacertos,  
solve merum, nobis & religatus eris.

MICHAELI HERLITZIO  
Islebiensi.

**D**onasti librum, Amice, quid vicissim  
exiget mea *Musa*, quod potestum  
domare. Haut mea *byrsa* opes flagellat,  
quas quondam obtinuit *petax* *Menippus*.  
En quod possideo, dabo, capeffe,  
exstabisq̃ mea sacer *Camæna*.

HER.



## HONORES

**FERLITZ** *Aradalia corona turma,*  
*nempè IIX. bos puto pro librò Phaleucos.*

**EGIDIO MEINDELIO**  
Ratisbonensi.

**D**um Ienâ Aradaliûm sublustri sede relictâ  
EGIDI exoptas cernere patrium agrum.  
te virgo hâit volgata ornat; tibi tegmine & um-  
verticem, Acidalijs usq; petitò ab agris. (brad  
mea lassata ces morborum adspergine pulsa  
Musula? surge inquam, verba sonora sona:  
Ifelix, niveoq; tuò sub pectore conde  
Fabricium, memori sic te & amore colet.

**IANO PAVLLIO.**

**I**ANE mi an exsultas? dicam tibi mira, protatun  
VI. quidam versus, præmia & alta crepat.  
Ecce X. paro, protenus ille sed ardidò amore  
me amplexans obolum, minam puto, donat ovans.  
Inunc, præsidium nec inanita amice Fabrici.  
quanta etenim donet mi mea Musa vides.

**CHRISTIANO SCHLE-**  
dano Rostochiensi.

**E**SS Equid hoc dicam, Bavij suprema capeffiens  
atria, verum Acti Flora Dryasq; jacet?

Barba



FABRICIANI.

Barbaries tandem inde ad nos repedabit, & omni  
rorem ejus sugens patriæ abibit agrò.  
Sic fiet. Casum averte hunc Atlantide notes,  
ne tui præfixus pessum eat imperium.

IOACHIMO HART-  
mano Berlinensi.

**Q**uestio mota hodie est, quoniam latitaret in antro  
Hartmanus, patinis mensa ubi onusta fuit.  
Nulla datur veræ similis causa obvia nobis,  
ipse & ego infelix cernere eam haut valui.  
Sed quid? cujusnam ignoro pellectus ocellò  
Fati, inspectarim secundo Ephemerides,  
atq; tuum indeptus nomen. Ratio unde repente  
en subit, inventu quæ modò cliva mibi.  
Volcani obrortò metuisti vimine funeia  
ne manibus textos inderet ille tuis.  
Pelle precor taleis oculissimo, pelle graveres,  
non etenim hæc facient vincula cordolium.  
quæ summò fecit nisu Polyhymnia, evantèr  
in tuâ se insinuans corda, animumq; petens,  
dum propè fluxa vetus per tempora vertitur annus,  
atque tuò radiat nomine dia dies.  
Compòstum exibili quare schediasma labore  
accipe, & ut solvam vimine, vinas dato.



HONORES  
PRO IACOBO BRVN  
fendorpiô Rostochianô.

**H**ortus adest viridi florum exornandus honore.  
Veris eô ut vivâ vitulet arte viror.  
Sunt charta arva, cui calamus dat semina, fructus  
sepia, charteolus verè ita nidet ager.  
Hâc ornans Charitum mysta ergo adspergine librum,  
scribba age notitie signa locato tue:  
Tu quoq; idem perfricta gerens acidissimô acetô  
corda fac, Eois cognite & Hesperijs.  
Eos sic purô iterum dignabor amore & honore,  
nec potior cordi cura erit ulla meo.

MICHAELI CROVE  
lio Malmogiensi.

**S**plendida Aristotelis gnarè inspicuendo roseta  
fis Physicus, Logicus, doctus & Astronomus.  
Namq; id sublustri vincis tecmeriô, ovantèr  
proponens scribtas mente sagace thesois.  
de quarum, auxiliô Grabovl, examine, acutè  
primâ quâq; die differere incipies.  
Maecte itaq; hâc animô, maecte aternabis honorem.  
& patri, ac patrie posthuma adorea eris.

LEONHARTO RECHTEN  
bach Salcensi

Laurus



## FABRICIANI.

Laurum sacro.

**Q**uæritur undè suum ducat Bacularius omni,  
quæritur, & bellum sævius angue alitur.  
Hic portentificè à baculò formare laboras,  
quòd baculò illius membra dolanda sient.  
Hæ verè portentum! hæ scævâ ab origine natum,  
non baculò, aëst lauru conspiciendus orat.  
Scilicet hanc Laurum Leonharte imitare tenellam,  
quam gnavâ irriguò Nympha fovet latice.  
Quælibet hæc oriens primùm motatur ad auras,  
impatiensq; æstûs, impatiensq; gelu est.  
Verùm ubi pumila sunt latè ardua brachia facta,  
umbra fit alitibus, umbra fit agricolis.

## HIERONYMO BRVCK-

nero Lipsiensi

Murtum dico.

**Q**uam Murcia hætenus vacaris culmine,  
& scævâ quæ Vacuna asyla amplectitur,  
nunc murteò BRVCKNERE flores tegmine  
tuæ Novemfiles sacrant quod adoreæ.

Sic perge porrò, & nomen ad seclum alterum  
stipatus agmine inclatò Deûm feres.

IOANNI TEVBERO

Lipsiensi

Hederam destino.



## HONORES

**V**T frutex Hederae nequit vigere.  
se fulcro stabili minus jugatur;  
Sic RESpublica nec vigeat unquam.  
quae doctorum hominum caret medelis.  
I A N E ergo patriae mane decori,  
famam ut stelliferae dices ita ethrae.

## CASPARO SEILERO

Mitvveidensi

Sampsuchum obsecro.

**Q**Uod negat bellis violens inesse  
floribus vireis, probat ille cassus  
quod suae mentis ratione. Parvum  
nam rudens, prorsum inscius haec tenetur  
verè asellus, quod reliqui stupefiant.  
Sic & artitos stimulis venenat  
volgus. Heu mentis stolidae propago!  
ex lutò formata & agrestiori  
subtice. SAMP SUC HV S enim virebit,  
nil timens, serpillum ubi agat virores.

## ZACHARIAE SCRO-

tero Grimmensi

Narcissum do.

**I**N te se insinuat curva Heliconia,  
& mentem penetrat Euryhomae trias.

NAR



FABRICIANI.

**N**ARCISSVM atq; Hederam ut Pleiſſa dicat tibi,  
dum pernox veterum ac per dius adſides  
libris, quos animum in trajcis intumuit.

Maſte ergo his animis. Quod tibi vinxerint  
ſenſus præſtigijs valdius omnibus  
Muſæ, gaudeo. Fac ſecula quæ prius  
non crêrunt, ſtudiô ut ſollicitô legant.

ELIAE SCHONFELDIO

Benicenſi.

Amaranthum conſecro.

**S**Chonfeldi Ardalidum decor,  
Aglaja oſtiolum tintinat ad tuum,  
ſecum ſeria texere  
gaudens. En capiti ſanctior imminet.  
& flores Amaranthios  
illi inponere habet. Pande precor foreis  
creſcant Laureolæ tuæ,  
marcore & careant perpetuum aſpidib.  
Maſtum ergo hunc facito diem  
non thure aut pecudum ſanguine. ſed mero.

MATTHIAE HOFMA-

no VVeſſenfelſ.

Balsamum dedico.

Balsam



HONOR. FABRIC.

**B**ALsana miraris Hofmane, & præcoqua dona,  
quīs verticem exorno tuum,  
primulō honore ut ovas Philyres ad culta vireta,  
Pleissana quæ circat Charis.  
Desine mirari. Non hæc injuria olympi,  
aut ulla scævi anni dies.  
defecta effectant vegetâ marcescere vitâ,  
sed permanebunt jugiter.

SAMVELI SCHILLINGO

Franchenstein.

Rosas adfocio.

**R**osaceum tuo apto tegmen vertici,  
Pleissana dum tibi adplicant  
Baccas Hedera, quibus Amathusidos petas  
axem, usq; & usq; floreas.

F I N I S.



44 44

AB 44 <sup>M</sup> K, 4


ULB Halle

3


002 680 319











VM  
VM  
ES  
MER  
ad B.